CLARISSIMIS, ET VIRTVTE, INGENIO, NOBILITATE PRAESTANTISSImis vtriusque iuris auditoribus, suus Doctor Didacus Sahagun Villasanctæ, salutem & fœlicitatem exoptat.



ON absque numine diuum, auditores optimi, neminem parentum etiam imperio solutum, pro arbitrio, res etiam componere proprias, sed alieno eas pro dignitate disponere & natura, & lege constitutum est. Me, si fata meis paterentur ducere vitam auspicijs & sponte mea componere curas, ei primum nunquam subessem iacturæ, & tantam passus, similem abirem fugeremque, & huic per silentium literarum generi incũbere malem, animumq; non Delfici oraculi responso, non Amonis iussu, non matronarum in Herculẽ aspectu, non Cæsaris præsagio, non Ciceronis fato, non deniq; fortunæ desperatione, sed secura veræ sapientiæ imagine, quibuscunque rerum casibus accommodarem. At quando illius & rationis & legis impellente natura obtemperare necesse est, criminibus respondere nobis oportet. Fidei ruptæ me arguitis, de fide agendum est. Quantas in vos cieatis turbas pensate, me Tituli de Sequestratione possessionum & fructuum interpretationes, infœlici in primariæ Cathedræ petitione recitatas, literis mandare spopondisse scio. Dixisse satis esse animoque & voluntate nunquam promissioni defecisse, scio: politicæq; humani cõmercij societati nihil magis conuenire, quam fidem seruare, placitis stare, pactionesque custodire scio. Quæ quanta & quoties nobis opera cum iureiurando, & magna animi gloria vos pollicitos fuisse scitis. Adimpleueritis fregeritisve potius huiusmodi spõsiones scitis. Frangentiq; fidem frangi, & Consultorum, & Pontificum autoritate, vulgiq; interpretatione impune posse scitis. Eritne incerta quæstionis victoria? Sum qui, & veritati, animum vere cõsecrauerim, & in propriæ vtilitatis dispendium eius vestigijs adhærere, pro officio semper enixe obsecrauerim. Illamq; vulgi traditionem diuersa acceperim interpretatione Consultosque & Pontifices longe aliud agere ædixerim, quoniam ab excellentissimo Israeliticæ gentis Imperatore, vt & nomine, & sententia præstantissimo, ab Ambrosio, & Augustino aliena perfidia nostram fidem soluere non debere didici. Et inde nec Consultos, nec pontifices in conuentionibus puris (etiam respectiue factis) sed in conditionalibus dũtaxat frangenti fidem frangi vnquam docuisse, docui. Propria itaque veritate succubui, legem mihi dixeram ipse: purè promisi, purè soluo, vos an cælo, terræ, animæ, fidei, communique consulatis vtilitati excogitate, & valete fœlices.

IACOBI SAHAGVN VILLASANTAE, AD TITVLVM DE SEquestratione possessionum, & fructuum. lib. 2. Decretalium. tit. 17. interpretatio.

Ad Rubricam.

1 Vnde dicatur sequestratio, & quis sequester dicatur.

2 Sequestrationis diffinitio verior est, esse rei de qua controuersia est legitimam depositionem.

3 Rei appellatione hac in specie immobilem comprehendi, q̃ in rubr. verbum Possessionum, significat, contra Iasonem.

4 Rei mobilis sequestrationem in rubr. comprehendi, verbo Fructum.

5 Sequestrationem triplicem, voluntariam, necessariam & mixtam communi placuit, voluntariamq; partium conuentione fieri & inde licitam semper esse.

6 Necessariam, magistratus imperio fieri multis ex causis posse.

7 Mixtam, magistratus imperio legis authoritate & partis petitione consistere, vt ex exemplis apparet.

8 Textũ in. c. 1. de necessaria, & in. c. 2. & 3. de mixta accipiendum fore.



Missa Rubricæ continuatione cui insistit gl. & cõis hic, & in Clementinis eod. tit. & Vuesembechius in œconomia Canonica. lib. 2. nu. 17. pro rubri-

cæ.& tit. cognitione tria breuiter inquiramus oportet. Primum: Vnde sequestratio dicatur. Secundum: Quid sit. Tertium: Quotuplex, & de qua futurus est sermo.

1 Ad primam sequestratio à verbo sequestrare fluxisse videtur.l.si cum dotem.23.§.si autē. vers. si vero.ff.solut.matrim.c.episcopus.77.dict.c.vobis.23.12.q.2. c. examinata. de iud. cap.2. de foro compet.c.2.de dolo & contum. c.1. vers. Celestinus.ca.fi.infra isto tit. quod sane verbū bonis autoribus erat incognitum, apud quos tamē in vsu erat, nomen sequester, vel sequestris, vt à Cicerone colligit Asconius & alij infra, ita etiam accipitur à Iure consultis in.l. ei, apud quem. 5. cum duabus sequētibus.l.licet.17.ff.depositi.l. si apud te.18.ff.de præscrip.verbis. l. sequester. 109. ff. de verb.signifi.cum allegatis ab Otomano, Briso. & Berruzio de verb. signi. libr. 17. versic. sequester. Alij tamen dicunt ex illa. l. à sequendo descendere: alij à secando deriuari putant considerãtes eius officium, vt ex inferioribus apertius constabit.

Sequester itaq; vt ait Modestinus in.d. l. sequester. dicitur, apud quem plures eãdem rem de qua controuersia est deposuerunt: dictus ab eo quod occurrenti, aut potius sequenti eos qui contendunt committitur. Hæc deriuatio tanquam nimis dura displicuit Alciato, ibi magis probanti, quod dicatur à sequendo quia vtraque pars eius fidem sequitur vel à secando, quia qui medius est inter plures disceptantes eorum controuersias secat, quod veteribus placuerat Ioanni Monacho, & Ioanni Andreæ in regu. locupletari.n. 3. de regu. iur.in.6.cuius verba transcripsit Archidiaconus in ca.quia res.nu.3.11.q.2. Aulus Gelius noct. Atti. libr.20.c.10. aliter explicat. Cæterum Modestini explicationem, in.d.l.sequester.contra Alciatum defendit Rebuffus ibi in princ.&.3.Tomo Regiarum constitutionum de sequestris.articulo.1.glosa.1.Fran.Conanus in Commentarijs iur. ciuilis. lib.7.c.4.Iacobus Curtius libro.1.coniecturalium ad fratrem.c.5.Ludouicus Carond.libro.1. verosimilium.c. 6. in prin. Corrasius Micellaneorum. lib.3. c.2. Carolus Sigonius de antiquo iure populi Romani, & de iud. lib. 2. capitulo. 29. Didacus Perez in.l.1.in prin.tit.10.lib. 3. Ordinam. & Sebastia.Medices de diffinitionibus.li.2.c. 56.ad fi. & inde prodita est sequestratio.

2 Ad Secundum, sequestratio est rei de qua controuersia est legitima depositio.l. licet. 17. ff. depositi.l.interesse puto.38.ff.de acquir.poss. c. examinata.de iud.c.2.de dolo & contum. c.1.2. &.3. infra isto tit.Clement.Vnica. eod.l.1. &. 2. titu.9. par.3.l.1.tit.10.lib.3.Ordin.l.1.tit.12.lib.4. Compilatio.glo.verb.sequestrationis in.l.Vnica.Cap. de prohibita sequestratione & ver. de culpa.in.c. 2.de deposito.gl.post casus positionem, in.d.Clemen. communis ibi.& hic.& omnes supra.& Corras.in paraphrasi sacerdotiorum.2. par. c. 6. & secundum, infra referendos.

3 Dicitur rei ad comprehēdēdum rem etiam immobilem, vt patet ex cōi interpretatione, & docet.d.l.licet,&.d.c. examinata,&.d. ca. 2. de dolo & contum.&.c.1.versi.sed iudex. & versi. Celestinus, infra isto tit.& clarè in.d. l. 1. part.& ibi Grego.in princ.generaliter extēdit,& ita tenēdum est licet contrarium opinentur relati à Iasone in. l. si fideiussor.§.fi.n.8.&.31.ff. qui satisda. cogantur. rem etiam mobilem comprehendit Rub. verbo fructuum de quibus in.c.2.& fi.agendum est.

4 Dicitur cōtrouersia, quia sequestrationem præcedere controuersia debet, siue iudicialis, siue extraiudicialis sit.l.Lucius.78.§.tres heredes.ibi glo. & Doct.ff.ad Trebellia.& in.l.2. C. de trāsactio. bene text.secūdum interpretationē Abb.ibi.n.1. Mātu.n.3 in.c.1.supra de alienatiōe iud. cōis secūdū Rebuffum in.d.l.sequester. vers.controuersia.

Dicitur (legitima depositio) quia extra casus lege permissos sequestratio interdicitur ex dict. l. Vnica.& cap.1. vbi ad rationem decidendi, & ca. 2.vbi ad primum argum.dicendum est,& in dict. l.1. part. & inde plures differentias inter depositū & sequestrum, vt ꝓponit. d. l. licet. interpretes prosequūtur,& Rebuff.de sequestris arti.1. glo.1.

5 Ad Tertium triplicē esse sequestrationem, voluntariam, necessariam & mixtam receptior sententia est, voluntaria fit partium conuentione quę iudici grata semper esse debet text. optim. in. l. 1. § inde quæritur.ff. de operis noui nuntiatione,& ideo hæc licita est.l.1.ff. depositi.l. interesse puto. 39.ff.de adquirend.possess.l. si soluturus.38. ff. de solutio.1.tit.9.part.3.Ioan.Monac. Archid. Rebuff. Corras. & alij supra.

6 Necessaria quæ fit cogēte magistratus imperio nēpè si scandali periculum est rixaq; timetur, sequestrari securius est arg.l.æquissimū.17.in prin. ff.de vsufr.l.fi.§.fi.C. quibus ad libertatem proclamare, Ioan.Monach.& Archid.vbi sup. Abb.n. 10.in.c.2.de dolo. & contu. &.nu.18. in. c.1.infra Rebuff.in.d.gl.1.& in.d.l. sequester Rolan. cons. 80.volu.1. Ioan. Anchar.q. 25.n. 5. Iacobus Mandelus latè consi.75.&.78.& Latius.in.c.1.ad.2.argum.& cap.2.ad.1.

7 Mixta magistratus imperio legis authoritate, & partis petitione cōsistit si debitor de fuga suspectus & bonorū est, sequestratio fit. l. si fideiussor. 7.§.fi.ff. qui satisd.cogan.ibi Ias. Vero.in.c. quoniam cōtra. n. 106. de probatio. Latius Menoch. de arbitra.casu. 87.à.n.10. eleganter Guillielmus Fornerius selectionum lib.3.c.12. Item si maritus dotem dissiparet.l.si cum dotē.23.§.si autem.vers. si vero.ff.solut.matri. vel ad inopiam. vergeret.l. si cōstante .25.ff solut.matri. Iuncto.c. per vestras de donat.inter vir.& vxor.optimè in. d. l. partit. vbi Greg. Rebuff.Corras.& Perez, vbi supra. Renatus Copinus de domanio Frāciæ. lib.3.c.10.n.3. cum alijs referendis in.c.2.ad.1.argum.infra.

8 De hac itaq; mixta agūt.c.2.& fi.de necessaria, c.1. & ita absoluitur Rubrica.

AD

AD CAPVT PRIMVM rerum summa.


1 Vera nostri textus relatio.
2 Sequestratio sui natura odiosa & infesta regulariter omni iure prohibetur, neminem lite pendente sua possessione priuandum.
3 Et Monachis & Archiepiscopo sequestrationem huius text. iniuriam esse.
4 In sacrosancto Inquisitionis officio nisi ob contumaciam & probabilem hæresim sequestratio fit.
5 Quare Celestini sequestratio ab Innocentio reuocatur.
6 Ad atcendum scandalum rectè sequestrationem fieri.
7 Altero possidente propter scandalum sequestrationem non esse faciendam.
8 Cap. 1. &. 2. vt lite pendente interpretatio, an sequester possideat, nobilis disputatio latè discutitur.
9 Voluntaria sequestratione possessionem transferri, in sequestrem necessaria minimè: communior est sententia, à pluribus tamen rectè improbata.
10 Pluribus rationibus communis conuincitur opinio, & expressè ex nostro textu.
11 Iudices in necessaria & partes in voluntaria, posse in sequestrem possessionem transferre.
12 Sequestri natura possessionem transire.
13 Posse partes in voluntaria agere, vt non possessio sed custodia sequestro detur.
14 Differentia inter possessorem & custodem.
15 Vera difficultatis resolutio.
16 Legis licèt. §. rei. ff. deposi. interpretatio.
17 Intellectus ad. l. interesse puto. ff. de acquirenda possessione.
18 Scribentes sequestrationem ad custodiam per extensionem trahentes allucinari.
19 Inutilem esse quo ad sequestrum possessionis & custodiæ differentiam.
20 Is possidet, cuius nomine possidetur.
21 Sequester an possit ad beneficium præsentare.
22 Per claram possessionis omissionem, partes vsucapiendi cognitioni videntur renuntiasse.
23 Intellectus cap. examinata. de iudicijs.
24 Ex eo text. non probatur in sequestrem possessionem non transire.
25 Ibi Matthæus non quia possidet, vel nō, sed quia ineptè proposuit, condemnatur.
26 Hodie, neque actionē, neque eius nomen sed factum explicite proponendum.
27 Reiuendicationis natura.
28 Verus sensus cap. examinata.
29 Ecclesiæ appellatione venire ius patronatus.
30 Quod obtinet inter laicos & imperitos, si aliàs corruit actus.
31 Nostri text. intellectus.
32 Noua Corrasij ad nostrum text. explicatio.
33 Possessio rem plerumque significat.
34 Verbum resignare ad incorporalia pertinet.
35 Verbum tradere ad corporalia refertur.
36 Intellectus Clement. vnicæ isto tit. remissiue.
37 Errauit Menochius in differentia missionis & sequestri.
38 Missionis ex. 1. decreto summa.
39 Missus ex. 1. decreto possidere.
40 Missum ex. 1. decreto non possidere.
41 Iuris Ciuilis & Pontificij quo ad missionem differentia confunditur.
42 In actione personali vtrunque eius conuenire, in reali differre.
43 In reali Ciuilibus possessorem, Pontificijs custodem esse legibus.
44 Vtroque iure missio data cautione cessat. Quid, possessoris quid custodis munus sit, neutro casu fructus missio cedere.
45 Quare in beneficialibus sequestratio, non autem missio fit, & ex hac non possidet, ex illa possidet.
46 Intellectus. c. 2. de dolo & contum.
47 Antonij Cardinalis & Ancarrani ad illum text. intellectus
48 Ob contumaciam in iure sequestrationē fieri cōmunior est.
49 An per cautionem sequestratio cesset.
50 Cessare sequestrationē data cautione, resoluitur.
51 Noua. c. 2. de dolo & contum. interpretatio.
52 An sequestratio hic à Celestino facta defendatur, glossa negat.
53 Ratione confirmatur.
54 Sequestrum hic iustum fuisse noua Abb. interpretatio.
55 Ratione & authoritate conuincitur.
56 Abbatis fundamentis fit satis.
57 Quartus intellectus partim licitum partim iniustum sequestrum hic fuisse.
58 Archiepiscopi spolio mutatam esse.
56 Nouè Celestinus defenditur, sed improbatur.
60 Sequestrum hic iniustum fuisse verior interpretatio est.
61 An Monachi hic restituantur ex interdicto contra Archiepiscopi spolium.
62 Spolio agentem de possessione ante omnia docere necesse est.
63 Colono per violentiam eiecto, interdictum vnde vi iure negari.
64 Monachis hic contra Archiepiscopum interdictum vnde vi non competere.
65 Monachis consultum esse varijs vtriusque iuris remedijs.
66 Post possessionis sententiam, quare Celestinus iterum eam committat.
67 Verior illius commissionis explicatio.
68 Ratio dandæ ab Archiepiscopo cautionis post sequestri reuocationem.
69 Innocentij. 3. condemnatio quo ad expensas incerta an fuerit.

70 Rei dominium probare difficile.
71 Quatuor in dominij quæstione probanda.
72 Possessorio prius agere, iuris prudentum consilium est.
73 Possessionis probatio facilis.
74 Quare momentanea dicatur.
75 A possessionis sententia non appellari.
76 Vtroque iure appellari.
77 In summario nō appellari, in plenario appellari.
78 Iure Pontificio in possessorijs frequentissima appellatio.
79 In summarijs possessorijs noua Hispaniarum lex.
80 Causas se se contingentes non diuidi.
81 Possessionis & proprietatis causa continens.
82 Cap.1.de causa possessionis, explicatio.
83 Subtilis Cuiatij interpretatio conuincitur.
84 Causas continentes diuidentis pœna.
85 §.nihil commune.l.naturaliter. ff. de acquirenda possessione breuis expositio.
86 Quinque intellectus assignantur ad.l. si de proprietate.C. si à non comp.iudice.
87 In iudicibus delegatis non procedere possessionis & proprietatis continentiam communis alteri contraria.
88 Ordinarius nisi incapax sit, vtriusque cognitionem habet.
89 Idem iuris est in delegato ad vniuersitatem causarum, vel ad vnam causam generaliter dato.
90 Iudex nominatim datus ad possessionem, de illa tantum cognoscit: idem in proprietate.
91 Princeps prudens indigno aliquid cōcedens, censetur cum eo dispensare.
92 Dotis cognitio ad ecclesiasticos principaliter pertinet ex communiori sententia.
93 l. ordinarij. C. de reiuendicatione, cum alijs vera traditio.
94 l. si de proprietate.C. si à non comp.iudice. interpretatio.
95 Verus intellectus. c.fi.de iudicijs.
96 In possessionis suæ proprietatis cumulatione, possessio sui natura præcedit.
97 In. d.c.fi. super officio temporali quæstionem fuisse.
98 Errauit glos.1. in fine, in.c.1 .de causa possessionis in allegatione. c. fina.
99 Vera.d.c.fi.relatio.
100 Elegans.c.fi.interpretatio.
101 Actor sequitur forum rei.
102 Clericus actor rei laici forum sequitur.
103 Incompetens ex incidentia fit competens, sed incapax non fit capax.
104 Clericus an coram seculari reconueniatur.
105 Ca. ex conquestione de restitutione spoliatorū interpretatio reconuentionis beneficio consistit,
106 Quando clericus coram seculari reconueniatur.
107 Reconuentionis beneficium naturali ratione cōsistere.
108 Reconuentionis natura eiusdem processus & sententiæ beneficio gaudet.
109 Quæ legitima reconuentio sit.
110 Reconuentionem incontinenti proponendam, & lex, & ratio postulat.
111 Tunc eiusdem processus & sententiæ beneficio gaudere.
112 Intellectus.c. dispendia. §. reus. de rescrip. lib. 6.
113 d.c.ex conquestione resolutio.
114 Interpretatio.c. cum teneamur.17.de appellatio quo ad diuisionem possessionis & propriet.
115 Nostri text. interpretatio quo ad commissionem delegati.
116 Expēsarum condemnatio in missione pendet ex contumaciæ culpa vel excusatione.
117 Quare hic necessaria fuerit Celestini quo ad delegationem declaratio.
118 Expensarum condemnatio sæpè ex futuro euentu pendet.
119 Regula possessionis & proprietatis, eundem esse iudicem, limitatur.
120 Eiusdem regulæ limitationes.

C. PRIMI LITERA EX INtegra ab Anto. concio iuxta Plantini impressionem, & ab Anto. Augusti. 3. collectione, lib.2.tit.9.c. vnico restituta.

Innocentius.3. Mediolanensi Archiepiscop.

CAP. I.



D hoc vnxit nos Deus.† Et infra: Veniens siquidem ad ap.se. Abbas de AEstrogula nobis exposuit, quod cum M. prædecessor tuus super causa, quæ inter ipsum, & monasteriū S. Donati de AEstrogula diutius fuerat agitata, post multas cōmissiones, tandem obtinuisset † Versellen. Episcopo literas destinari, & ipse super iudicio pos-

* sic in antiquis.

† Veronensi.

*ſeſſorio partim pro monaſterio, partim pro Archiepiſcopo ſententiam protuliſſet, procuratore & contio.
ipſo monaſterij quæſtionem de proprietate poſtmodum intentare volēte, Archiepiſcopus iuriſdi
ctionem Epiſcopi oppoſuit expiraſſe, aſſerens cauſam poſſeſsionis tantum, & non proprietatis
fuiſſe commiſſam: & quia ſuper poſſeſsione pronunciauerat, ſemel functus officio ſuo ſuper quæ
ſtione proprietatis deinceps cognoſcere non valebat. Ad hæc pars monaſterij inter alia reſponde
bat, quòd cauſa quæ inter Archiepiſcopum & monaſterium vertebatur, fuerat memorato Epiſ-
copo abſolutè, & indiſtinctè commiſſa, & ſic continentiam cauſæ diuidi non debere, dicebat: † Sic in
& infra. Hanc nimirum & alias rationes cum iudex plenius aduertiſſet, & actorem in poſſeſ- antiquis.
ſionem quæ fuerat per ipſum Archiepiſcopo adiudicata, mitti decreuit: à qua tamen Archiepiſco
pus monaſterium violenter eiecit. Cumque proceſſu tēporis vtriuſque partis nuncij propter hoc
ad ſed. Ap. acceſsiſſent bonæ me. Celeſtinus pp præ. n. ſupradictis omnibus, per ſancti Martini
presbyterum, & ſanctæ Mariæ in Acquiro Diaconum Cardinales, quos eis auditores cōceſſerat,
plenius intellectis per Albericum Albanen. Epiſcopum ſic ſuum interpretatus fuit reſcriptum:
quod tam cauſa poſſeſsionis, quam proprietatis fuerat iudici delegato commiſſa. Volens igitur
idem p. n. Archiepiſcopo, & Abbati ſine iuſtitiæ læſione deferre prælibatam poſſeſsionem apud
B. F. N. Verſellen. & bo. me. Nouarien. Epiſcopos pro ſuæ volūtatis arbitrio ſequeſtrari præce
pit, Reginen. & Mutinē. Epiſcopis per A. S. præcipiens, vt tam de cauſa proprietatis, quam poſ-
ſeſsionis infra duos menſes plenius cognoſcentes eam debito fine deciderent, & poſſeſsionē ei par
ti poſtmodum reſignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum † & infra: Nos autem Ab- Sic in
bati ſupra dicto mandauimus, vt literis illis quas ad Bobien. & Ferrarien. Epiſcopos ſuper re- antiquis.
ſtituenda ſibi poſſeſsione cum fructibus per mendacium impetrarat, omninò careret, & infra: In
eum ſtatum continentiam cauſæ reduximus, in quo fuerat, cum prædictus præ. n. cauſam proprie
tatis Metinen. & Reginen. commiſit: mandato ſequeſtrationis penitus reuocato, & infra. Ne
autē monaſterio in ſuo videamur iure deeſſe, moderatas expēſas, ex quo Veronen. ipſum in poſſeſ
ſionem induci decreuit, vſque ad tempus ſatisfactionis oblatæ propter hoc factas ipſi reſtituēdas
eſſe cenſemus, & à te ſufficientem præberi ſtandi iudicio cautionem.*

TExtus hic & celebris & difficilis eſt, tum propter variam rerum cognitionem: tum protper earum difficultatem, vt ex varijs ſummis per interpretes aſsignatis planè conſtat: à quibus magis communiter in duas diuiditur partes: in quarum prima proceſſus factus coram Epiſcopo Veronen. & Celeſtino refertur. In ſecunda Innocentij tertij interlocutio. Prima eſt in principio, quæ in tres ſubdiuiditur partes: in prima ſententia in poſſeſſorio lata, & conuentio proprietatis à monaſterio propoſita, & Archiepiſcopi contumacia narratur. In ſecunda Epiſcopi Veronen. decretum de miſsione in poſſeſsionem, & Archiepiſcopi expoliatio. In tertia Celeſtini declaratio, delegatio & ſequeſtratio. Prima eſt in principio, ſecunda in verſiculo, hanc nimirum. Tertia in verſiculo, bonæ memoriæ. Rurſus ſecunda principalis, duabus cōſtat partibus: altera continet ſequeſtrationis renocationem. Altera Innocentij tertij mandatum: illa eſt in verſiculo, in eum: hæc in verſiculo, ne tamen. Omiſſiſque aliorum ſummis: hæc magis literæ conueniens eſt.

Sequeſtrum factum etiā loco miſsionis in poſſeſsionem, & ad vitandum ſcandalum oblata cautione cum expenſis reuocatur.

Pro ratione dubitandi ſic argumentor. Primo, ſequeſtratio, niſi iure reperiatur expreſſa omni lege prohibetur. l. vnica. C. de prohibita ſequeſtratione. c. volumus. 16. q. 4. c. 2. c. eccleſia. ſupra, vt lite penden. c. 2. & fin. infra iſto titulo. Sed in præſenti pro Celeſtini arbitrio voluntaria fuit, nec iure reperitur expreſſa, vt ex verſiculo, Bonæ memoriæ Celeſtinus, apparet, ergo iuris diſpoſitionē abſque cautionis, & expenſarum oblatione reuocari oportet.

Secundo, ſic argumentor, ſequeſtrationem ad arcendum ſcandalum fieri ratio poſtulat, & argumentum legis æquiſsimum. 17. in principio. ff. de vſu fructu: ſed ſcandalum hic imminere ſatis conſtat: ex eo quod Archiepiſcopus monachos propter ſui contumaciam in poſſeſsionem miſſos expoliauerit, in verſiculo. hanc nimirum, ergo rectè

sequestratio facta fuit, & iniuste ab Innocentio reuocatur.

Tertio, in sequestrem possessio non transit, sed penes ipsam partem remanet. l. interesse puto. 39. ff. de acqui. poss. sed possessio in præsenti in sequestrem transfertur, vt in versiculo, Bonæ memoriæ Celestinus. ibi, & ei parti postmodum resignarent, ergo contra sequestrationis naturam.

Quarto, Monachis sequestrationē magis quā missionem ex. 1. decreto in repetita conuenire religionis fauore constitutum est: text. elegans in. c. 2. supra, de dolo & contu. sed hic monachis missio decernitur in principio text. ergo cōtra religionis fauorem.

Quinto, monachi ex illa missione erant in possessione rei petitæ, vt in princ. text. sed per sequestrationem illa priuantur possessione à Celestino, & confirmatur ab Innocen. in versic. in eum statum, ergo ab vtroque Pontifice monachi afficiūtur iniuria.

Sexto, monachi ab Archiepiscopo expoliati fuere possessione, in qua missi ex primo decreto fuerant, vt in principio: sed expoliatum ante omnem contentionem restituendum fore vulgaris traditio est. l. 1. ff. de vi, & vi arma. l. meminerint. C. vnde vi. c. fina. de ordine cognitio. c. 1. c. in literis cum sequent. de resti. spol. ergo ante sequestrationem & commissionem erant restituendi.

Septimo, causa semel diffinita non est iterum ad iudicium reducenda. c. cum inter. 13. cum præcedenti. de re iud. sed causa possessionis fuit ab Episcopo Veronensi primo delegato definita, vt constat ex text. ergo frustra committitur à Celestino & Innocentio.

Octauo, illa in possessionem missio ex. 1. decreto monachis data in Archiepiscopi bonis propter ipsius contumaciam concessa fuit, vt constat ex ipsius text. principio: sed missio ex. 1. decreto data intra annum cautione cum expensis cessat. c. 1. & 2. & c. contingit. de dolo & contu. c. 1. 2. & 3. de eo qui mittitur in possessionem: ergo nil noui induxit voluntaria Celestini sequestratio.

Nono, sententia incerta inutilis est. l. 1. & 2. C. de sententijs quæ sine certa quātitate. §. curare. Insti. de actio. sicut & cæteri actus propter incertitudinem inutiles. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutela. l. paulus la. 2. ff. de reb. dub. sed Innocentij sententia quo ad expensas incerta fuit in versiculo fin. ergo & inutilis.

Decimo Nil habet commune proprietas cum possessione. l. naturaliter. 12. §. nihil commune. & l. permisceri. 52. ff. de acquir. poss. sed Epūs Veronen. de possessione cognouit & pronunciauit in principio tex. ergo bene Archiepiscopus non esse de proprietate iudicem allegabat.

Vndecimo, iudex ad possessionem vel proprietatem nominatim delegatus non potest de alia cognoscere, text. difficilis in. l. si de proprietate. C. si à non competen. iudice. c. ex conquestione. de restit. spolia. c. fin. de iud. sed hic fuit ad possessionē delegatus, vt constat ex principio text. ergo de illa solum cognoscere potuit.

Duodecimo, continentiam causæ diuidi non debere rescriptum est. l. nulli. C. de iud. sed possessionis & proprietatis causa continens est. l. ordinari. C. de reiuendi. l. incerti. C. de interdictis. c. 1. de causa poss. ergo iudex possessionis propter solam proprietatis continentiam ad ipsius cognitionem competens erit, & ita absque alia Celestini declaratione Archiepiscopi conuincitur contumacia.

QVIBVS non obstantibus contrarium in præsenti Innocentius III. respondit. sequestrum etiam loco missionis factum, & ad vitandum scandalum cautionis, & expensarum oblatione reuocari. Cuius decisionis rationem, vt ab origine constituamus, paulo altius repetendum erit. Principio disceptationem inter Archiepiscopum & monasterium de AEstrogula ante Episcopum Veronensem primum delegatum super possessorio inchoatam fuisse, à quo partim pro Archiepiscopo, partim pro monasterio dicta possessionis sententia, & executioni mandata monasterium petitorio ante eundem Episcopum egit, ad vendicandas possessiones illas Archiepiscopo adiudicatas. Archiepiscopus declinabat, Episcopum delegatum functum fuisse officio suo allegans. Episcopus visa Archiepiscopi contumacia monachos in possessionem misit ex primo decreto, Archiepiscopus monachos expoliauit: vtriusque nuntijs coram Celestino constitutis: Celestinus primo delegato possessionis & proprietatis causam commissam fuisse declarauit, & alijs iudicibus delegauit, & possessionem sequestrari præcepit, vt obtinēti redderetur. Mortuo interim Celestino, causa ad Innocentium Tertium deuoluta sequestrum reuocauit, causam commisit, Archiepiscopum cautionem dare, & expensas à die missionis vsque ad oblatam cautionem monachis restitui præcepit.

Hæc est nostri tēx. relatio, ratioque videtur assignata in versic. bonæ memoriæ Celestinus puta sequestrationem extra ordinem à Celestino factā fuisse, vt significat textus in illis verbis, pro suo arbitrio secundum vulgarem lectionem ab Antonio Concio etiam receptam, vel ex Antonij Augustini Integra, pro suæ voluntatis arbitrio. Nimirum ergo sequestrationem sola Celestini voluntate factam ab Innocentio reuocari, in versic. (in eum statum.) Sed huic rationi fortiter repugnat scandalum ex violentia expoliationis per Archiepiscopi potentiam illatum, rectè sequestrationem postulare: & ita non ad libitum, sed ad necessitatem Celestinum sequestrari iussisse præsumendum est.

Quare de sequestrationis iniuria latius disputan

tandum erit: ex illa enim ingenitæ libertatis natura & iustitiæ origine qua docemur, alterum nõ lædere. l. iustitia. ff. de iust. & iure. §. iuris præcepta. Insti. de iure natura. & alteri per alterum iniuriam non inferri. l. non debet. 74. ff. de regul. iur. c. non debet. 22. eod. titu. lib. 6. bonus text. in cap. deniq;. 14. q. 5. fluxisse videtur & personas liberas esse, & tutissimum fore cuique refugiũ domũ suam. l. plerq;. 17. ff. de in ius vocand. in prin. Instit. de iure perso. & res omnes quo ad alios liberas esse. l. fin. ff. de seruitu. l. cũ ex eo. 9. l. Imperatores. 14. l. si ædes. 32. §. libertas. ff. de seruit. vrbano. prædio. & inde omne impedimentum rebus nostris illatum & infestum esse, & illi rationi contrarium. Et ita cum rei suę quisque moderator sit, & arbitrer. l. in re mandata. 21. C. mandati, si pro arbitrio non potest vti possessione sua interdicto. Vnde vi, rectè agere poterit. l. vim facit. 11. ff. de vi, & vi armata. text. celebris, iuxta veram interpretationem, vt ibi obseruaui, supra, de restitutione spoliatorum.

Et inde descendit neminem durante iudicio esse à sua possessione eijciendum. cap. 2. c. Ecclesia, cum sequenti, supra, vt lite pend. Eodẽq; iure nõ esse ab executione incipiendum: quibus & consentaneum est sequestrationem naturaliter odiosam & infestam esse, & sic regulariter omni
2 iure prohibita in rubr. & l. Vnica. C. de prohibita sequestratione pecunię. in. l. 2. C. de reprobatio. c. volumus. 16. q. 4. c. nonne. 8. q. 4. optimè hic, & in. c. 2. & fin. infra. l. 1. & 2. titu. 9. par. 3. l. 1. titu. 10. libr. 3. Ordina. l. 2. tit. 12. lib. 4. Compil. glo. fin. in l. si fideiussor. §. si satisdatũ. ff. qui satisda. cogan. & in. l. Imperatores. §. fi. ff. de app. glo. fina. in. c. 2. infra magistraliter Ioan. Monac. in regu. locupletari. n. 3. de regu. iur. in. 6. cuius verba transcripsit Archid. in cap. quia res. n. 3. 12. q. 1. & regulam con ficit Socin. regu. 458. explicat Curtius de sequestro, à nu. 6. Rebuff. 3. thomo regiarum consti. tit. de sequestris. per totum. & in. l. sequester. 109. ff. de verb. signifi. Decius, consi. 366. Alex. consi. fin. volu. 6. Parisius, consil. 41. volu. 1. Craueta consil. 272. Didacus Perez in. dict. l. 1. Petrus Folerius ad constitu. Neapolita. §. charitatis, à nume. 21. Ioan. Robertus, recepta. sententiarum. libr. 1. c. 5. & alij referendi, in. c. 2. ad. 1. argum. Cuius regulæ plures traduntur rationes. 8. Bald. hic cumulauit, & reduxit Rebuff. d. tit. de sequestris. §. 1. glos. 2. in princ. quarum potissima est lite pendente, neminem possessione sua priuandum esse. ca. 1. & 2. vt lite pend. eleganter hic, quia ad hoc reputatur singularis text. noster. secundum allegatos & statim referendos, ac proinde cum sequestratio à Celestino facta priuauerit monachos possessione ex. 1. decreto illis cõcessa propter Archiepiscopi contumaciam, in princ. nostri text. ab Innocentio penitus reuocatur, vt in vers. in eum statũ. ¶ Sed fortiter in contrarium vrget, missum ex. 1. decreto iuxta. l. Pontificiam non possessorem, sed custodem dumtaxat fieri. c. quoniam. §. in alijs, vt lite non cont. c. 1. c. contingit, de dolo & contu. c. 1. cum sequen. de eo qui mit. in posses. ergo non monachis, sed ipsi Archiepiscopo præiudicium illatum fuit, à quo aufertur possessio in sequestrem translata ex Celestini præcepto in. d. versic. Celestinus, in fin. ¶ Sed maior inde oritur difficultas: quia in sequestrem possessionẽ non transferri docuit. l. interesse puto. 39. ff. de acquirẽ. posses. cap. examinata, de iud. cuius resolutio latior est, & ad 3. pertinet argum. interdum tamẽ quamuis Abb. num. 18. noue contendat sequestrationem à Celestino factam rectè ex scandalo consistere, vt infrà
3 latius ad. 4. ¶ Verissima sit nostri tex. ratio: sequestrationem & monachis, quo ad custodiam & Archiepiscopo, quoad possessionem fuisse iniuriã, & præiudicialem, vt ex disputatione ad. 3. constabit, ac proinde vtraq; pars ad Sed. Apost. appellauit, vt ex integra Concij, & Augustini deprehenditur: & inde ab Innocentio reuocatur, & hoc apertè significat dicta Integræ lectio (pro suæ voluntatis arbitrio) puta contra generales regulas quibus sequestratio in prophanis, & ecclesiasticis odiosa est, & prohibita, nisi in quibus expresse permittitur. c. 2. & 3. infra. & in Clemen. vna. eod. cum supra allegatis, & alijs secundum Cardinalem, Imol. Bonifacium, in dict. Clement. vna. isto titu. & Quintilia. Mandosi. in regula de subrogandis colligantib. quest. 13. nume. 2. & in praxi commissionum. tiu. de monitorijs. quæst. 8. numero. 2. Adeo quod in sacrosancto Inquisitionis officio, cum bona hæreticorum ipso iure confiscata sint. c. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. sequestratio, quæ ea de causa necessaria sit, non fit, nisi ex contumacia, & propter veram, & probabilem heresim, cuius ordinem & praxim à sancti officij officialibus receptam eleganter præscripsit
4 illustrissimus & sapientissimus Dominus Iacobus Simancas Zamorensis Episcopus in Catholicis institutio. cap 2. in princ. & cap. 9. numer. 115. & Ioan. Rojas de hæreti. 2. part. à num. 45. & cum hic nulla ex his quæ iure exprimuntur causa foret ad faciẽdam sequestrationem extra ordinem, & ad libitum à Celestino facta penitus reuocatur ab Innocentio, & ita obseruandum est. Nec scandali argumento satisfecimus, quia ad secundi argumenti resolutionem pertinet.

5 Nec obstant pro ratione dubitãdi adducta. Primum quia receptissima est regula: odiosam esse sequestrationem vt superius probauimus, & repetendum est in cap. 2. ad. 1. nisi in casibus iure expressis. & quia proposita nostri text. species non refertur ad casum permissum reuocata fuit ab Innocentio, in vers. in eum. Nec obstat cautionis & expensarum oblatione etiam sequestrationem ritè factam cessare, vt latius, infra, ad. 4. Quia quando sequestratio propter partis contumaciam, vel

A 4 propter

propter dilapidationis timorem fit, nimirum si cautione & expensis tollatur, cautione etenim probatur obedientia & cessat dilapidationis periculum: atque expẽsis aduersarij præiudicium tollitur, ita interpretandus est text. in. ca. 1. melior in ca. 2. vbi latè Abb. de dolo & contu. cap. 1. & 3. de eo qui mit. in poss. cum alijs ad. 4. in cap. 2. infra isto titu. & vtrobique sequestrationẽ propter contumaciam rectè fieri resoluendum est. ac proinde cum sequestratio hic propter Archiepiscopi contumaciam, & violentiam ab eo illatam, vt probatur in versi. sed iudex, facta fuerit à Celestino in versi. bonæ memoriæ Celestinus, cautione & expensis tolli consequens est: cæterũ quia facta fuerat extra iuris ordinem, vt ex superiori decidendi ratione, & ex sequentis argumentis, & quarti resolutione constabit, sequestratio ipsa prius ab Innocentio. 3, reuocatur, in versi. in eum statum, & postea propter Archiepiscopi inobedientiã, præcepit Innocentius ipsum sufficienter cauere, & moderatas expẽsas soluere, vt ad. 4. & . 9. dicem⁹, & sic soluitur primum.

6 Nec obstat secundum, quia attenta verissima *Ad se-* illa propositione sæpius repetenda, sequestratio- *cũdum* nem naturaliter infestam esse, & ideo nõ admitti, nisi casibus nominatim permissis, inter permissos autem scandali timor est, ad arcendũ etenim scandalum ne partes ad rixam veniant sequestrationẽ rectè fieri argumento est. d. l. æquissimum. 17. in princ. ff. de vsu fruct. non solum ad partis petitionem, sed ex mero iudicis officio, quod parte etiã non postulante impertiri ad ius publicum pertinet. nec dicetur priuatum vt in. l. 4. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infect. secundũ Specul. de libelli conceptione. §. nunc. versi. 22. & de petitorio & poss. in princ. ad fin. Guido Papæ. q. 578. qua etiã ratione & fructus posse sequestrari probatur ex. l. communi diuidundo. 7. §. cum de vsu fru. ff. commu. diuidun. Specula. hoc titu. Bar. in. l. si vsusfructus. § si inter duos. ff. de vsu fruct. Paul. in. l. si super possessione. C. de transact. Decius in. l. fi. nu. 6. C. de edict. Diu. Adria. toll. Greg. Lopez. in. l. 1. glos. ver. persona. titul. 9. part. 3. Rebuff. in. d. l. sequest. 109. ff. de verb. signi. Rolandus cõsil. 80. volu. 1. Renatus Copinus de domanio Franciæ. lib. 3.

7 ca. 10. nu. 3. Hæc inquã regulæ limitatio est, vt in c. 2. ad primum. inter alias enumerabimus: sed limitationis interpretatio erit quando neuter possidebat obtinere, nam si vnus possideret iniusta foret sequestratio, & possidenti valde iniuria, ex. d. cap. 1. & . 2. vt lite pend. & eleganter hic, quia tũc ad iudicis officium pertinet possidentem defendere, & in scandalizantẽ animaduertere. Vnde vera interpretatio. l. æquissimum erit, vt non obtineat cõtra possidentem. Qua etiam ratione text. in. c. 1. & . 2. vt lite penden. interpretamur: vt obtineant licet immineat scandalum, vt docuit Inno. in. c. præsentia: de probat. in princ. Paul. in. d. l. si super. Decius in. d. l. fin. & eleganter ad praxim applicauerunt Anto. Capizius, decisione Neapolitana. 96. nu. 11. Iacobus mandelus, consil. 75. & latius, consi. 78. nume. 3. & noue Ioan. Ancha. q. 25. nu. Renatus Copinus. d. ca. 10. nu. 1. Quare cũ hic monachos in possessionem missos fuisse ex primo decreto constet, iniusta fuit Celestini sequestratio, quamuis ex parte Archiepiscopi scandalũ immineret, quidquid dicat Abb. vt infra ad. 4. Sed magis vrget monachos, ex. 1. decreto non esse lege Pontificia possessores, sed custodes, vt infra resoluendum est: sed hoc pertinet ad. 4. argu. cum sequentibus. & soluitur secundum,

8 Nec obstat tertium, nulla enim in sequestra- *Ad tertium* tionis tractatu præstantior, aut nobilior disputatio est illa, an sequester possideat necne, & possidere respondet Iureconsultus, in. l. licet. 17. §. rei. ff. depositi. & hic in versi. bonæ memoriæ Celestinus in fine, ibi, & possessionẽ ei parti postmodũ resignaret, quæ obtineret de proprietate triumphum & ita glo. hic, ver, Sequestrari. Cõtrarium tamen imo non possidere docuit Consultus, in. l. interesse puto. 39. ff. de adquirend. possess. & in. c. examinata, & ibi glo. ver. possidebas, in cuius difficultatis explicatione adeo interpretum crucian tur ingenia, vt vix aliquid certũ deprehendi possit. & primo glo. versicu. agitur in. d. l. licet dicit regulariter sequestrẽ possidere ex tacita præsumptione, nisi contrarium probetur. Secundò glo. ver. approbatum, in dict. l. interesse puto inclinat oportere, vt transeat expresse actum fuisse. Tertio gl. hic, versi. sequestrari ad hoc sequestrationẽ fieri, vt neuter ex litigantibus possideat, sed sequester. & infra, in dict. Clemen. vnica. Quartò, glo. versi. possidebas, in. d. c. examinata. magis inclinat quod in sequestrem non transit. Quintò, glo. mag. versi. fi. in cap. 2. de deposito. idem affirmat, vnde non solũ inter ipsos Consultos & Pontifices antinomiam, sed inter eorum glossematarios confusionem, & inter interpretes contrarietatem quilibet possit admirari. Nam. 6. Ioan. Monachus in reg. locupletari. 48. n. 3. de regul. iur. in 6. cuius verba transcripsit Archid. in cap. quia res. nume. 3. 11. q. 2. Ioan. And. ad speculum de sequestratione, Cardi. in Clem. Vna. n. 25. isto tit. concludit quid partes egerint attendẽdum esse, cum enim partium conuentio sit legem sibi imponere pro arbitrio potuerunt. l. 1. §. si cõuenerit. ff. depositi. sed reijcitur: quia non tollit difficultatem. loquitur enim de conuentionali, vel voluntaria, non de necessaria, vel mixta.

9 Vnde. 8. Bart. & cõis, in. d. l, interesse. docuit in volũtaria possessionẽ in sequestrẽ transire, ex. d. l. licet. in necessaria autem non transire: nisi partiũ conuentione, vt transeat actum fuerit: & ita accipiendum esse Consultum, in dict. l. interesse puto. Quod & ita rationem postulare affirmãt, quoniam partibus tanta est attributa potestas, vt propriæ

priæ vtilitati, & fauori ad libitum renunciare possint. l. si iudex. 41. ff. de minorib. l. si quis in conscribendo. C. de pact. c. ad Apostolicam. de regularib. At in necessaria iudex non præsumitur tanta ipsas partes afficere iactura, vt eis inuitis in sequestrem possessionem transferat c. 1. & 2. vt lite pend. cum alijs suprà. ita Bart. in. d. l. interesse puto. & ibi Cumanus dicit commu. Cardin. nu. 25. Imol. numer. 6. in dict. Clement. vna. Abb. hic. Abb. in cap. 2. num. 11. infra, num. 18. & 19. & in dict. cap. examinata. n. 13. Felin. num. 14. Curtius de sequestris. q. 20. n. 71. Menochius de retinenda. reme. 3. n. 86. Thom. Grama. decisione Neapolit. 51. n. 2. Guillelmus Casadorus ad regulas Cancellariæ. 14. n. 12. Egidius Bossius in praxi. titulo de partu supposito. n. 6. & 23. Mandelus. d. consi. 75. nu. 2. Inde plura in eius confirmationem adducẽtes Andr. Tiraquel. de iure constit. 3. p. limit. 17. num. 6. Didac. Perez, in. l. 1. tit. 10. lib. 3. Ordi. col. 1144. Greg. Lopez, in. l. 1. titul. 9. p. 3. ver. Por auenencia. Et nominatim Corrasius Miscellaneorũ, lib. 3. cap. 2. n. 12. nouationis satisdationis, & arbitrij differentiã inter voluntarium & necessarium actum, communem stabiliuit, & Alexand. consi. 94. volum. 5. & Guido pap. decisione. 248. nu. 2. alia adducunt & inferunt.

10 Cæterum hæc communis facile conuincitur, Primò quia neq; ex. l. licet, sequestrationẽ voluntariã esse vt transferatur: nec ex. l. interesse puto, necessariam: vt non transferatur deprehendi potest.

Secundò, quia cum iudicem posse in sequestrẽ possessionem transferre, omnes conueniant: diuinant non voluisse possessionem transferre.

Tertiò, quia si non præsumitur iudicem tãtam partibus iacturam irrogare voluisse, quominus in ipsis partibus præsumendum erit. cum nemo sua iactare præsumatur. l. cum de indebito. 25. §. fin vero. ff. de probat. c. super hoc, de renunciatione, cum ipsis magis quam iudici iniurium sit.

Quartò, ex text. celebri in pręsenti, vbi sequestrationem fuisse necessariam aperte constat, nec aliquis hactenus dubitauit: & in sequestris possessionem transferri palam est ex illis verbis, & possessionem ei parti postmodum resignarẽt. Quod si dixeris ideo ab Innocẽt. 3. reuocatam fuisse, falleris vtiq;: quia non ex eo quod possessionem trãstulit, reuocatur, siquidem in sequestratione permissa iudicem hoc facere posse, omnibus in confesso est: sed quia non fuit facta in casu ex legibus permisso, reuocatur, vt diximus ad. 2. & latius ad 4. dicemus.

Quare. 8. Aretinus in. d. l. interesse puto. in fin. 1. col. & in. d. c. examinata. n. 8. dicit quod in. d. le. interesse puto sequestratio. custodiæ causa fit, quia in specie non transit, nisi expressè actum fit. At vero in. d. §. rei non custodiæ causa, sed cum de possessione ageretur, ipsa sequestro data fuit, ne alteri foret præiudiciale alterum retinere, quod bene conuenit Florentino, in. d. l. licet. §. rei depositæ quia id agitur, vt neutrius possessioni illud tempus proficiat quam interpretationem sibi vendicat Vldaricus Zasius libr. 2. Antinomiarum. n. 4 sequitur Feli. in di. cap. examinata n. 13. Menoch. cõmunem probans de retinend. remed. 3. num. 93.

Sed & hic intellectus reijcitur tum ex. d. l. interesse puto, in fi. vbi si custodiæ causa deponatur prodest victori ad vsucapionem: tum quia si alter possidet, non est locus sequestro, sed possidentem tempore cõtestationis iudex defendet, vt diximus in præcedenti argum. & probat meritissimus Præses Couar. in practi. quęst. ca. 17. & Menoch. in pręludijs, de recuperand. num. 25. etiamsi scandalum immineret, vt in præcedenti argum.

Ideo Nono, Andr. Sicul. in d. c. examinata, nu. 62. Vtrum sequester possideat ex futuro euẽtu pẽdere dixit. quod licet interdum probabile sit, non tamen indistinctè admitti potest.

Decimò, Francis. Duarenus de sacris ecclesiæ ministe. lib. 3. ca. 10. opinatur quod vbi agitur vt possessio dimittatur: sequester possidebit, alias solum ad custodiam datur. Quod si qua mente fiat in dubio sit non transit, & in dict. §. rei depositæ possessionem sequestrari. Sed refellitur ex eod. §. rei, vbi non de possessionis sed ipsius rei sequestratione agitur. Rursus quia falsum est discrimẽ, si res vel possessio sequestratur.

Vndecimò, Ioan. Corras. libr. 3. Micell. ca. 2. nu. 14. noue existimat, neque ex voluntaria, neq; ex necessaria sequestratione possessionem transire, nisi eo animo sequestrari aperte constet, & inde vtramque legem interpretatur: sed confunditur, quia contrarium docuit Florentinus in dict. §. rei depositæ, vbi ipsius sequestrationis natura, nõ singulari intentione possessionẽ transire respõdit.

Duodecimo, Ludouicus Carõdas verosimiliũ lib. 1. cap. 6. opinatur ex sequestro nisi expresse dicatur quod custodiæ causa fit, possessionem trãsferri: id enim actum videtur vt neuter possideat. Sed non concludit quo ad. d. l. interesse puto interpretationem.

Decimotertio, Iacobus Cuiat. obseruat. libr. 9. cap. 33. breuiter sequitur sequestrem naturaliter partem ciuiliter possidere, quod alijs verbis veteres tentauerant, vt ex Ioan. Monacho. & alijs, supra, in. 6. intellectu relatis, sed malè quia ciuiliter sequestrem possidere ex ipsius interpretatione constat.

11 Ego omnibus rectè consideratis constituo primo illud perspicuum esse, & iudices in necessaria & partes in voluntaria posse in sequestrem possessionẽ transmittere quod omnibus placuit. Secũdò sequestri naturam ita postulare, vt res de qua agi-

12 tur in possessionem sequestri transeat: hoc enim Florentinus apertè docuit in dicta. lege. licet. §.

 rei,

rei,& Celestinus hic.versic. bonæ memoriæ Celestinus. ibi, & possessionem ei parti postmodum resignarent:ita etiam Clemens in dicta,Clement. vnica,& hoc significat Iulianus in dict.l.interesse puto.& ita in omnibus casibus sequestrationem iure admittentibus,relatis in ca.2.infra.ad.1.argu. repetendum erit, & id veteres firmabant Cardinalis,Imola & alij supra.Rebuffus dict.titul.de sequestris,articul.1.gloss.1.num.13.& in dict.l.se-
13 quester.109.versi.5.conclusio.Tertiò posse partes in voluntaria sequestratione agere,vt non possessio,sed tantum custodia sequestro detur, & ita se-
14 questri naturam conuertere,ex dict.l.interesse puto.quæ autem differentia sit inter possessionẽ, & custodiam agnouit glos.& cõmunis in cap. quoniam frequenter.§.in alijs.supra,vt lite non contest.& in ca.contingit,supra de dolo & contumacia.puta possessorem rem habet,colit,administrat & antiquum possessorem excludit:custos autem solum seruat,cumque possessor colit, & colligit fructus:custos eos seruare debet,vt in.4.argu. statim repetendum erit.

15 His ita cognitis summa sit interpretatio,ex sequestratione rectè facta ipsius actus natura semper possessionem in sequestrem transire, vt colat, administret,& seruet: & ita Iureconsultos & Põtifices docuisse,nisi nominatim à iudice vel à parte exprimatur, vt non transeat.Quod si custodiæ causa detur,idem iuris erit absque scrupulo: quod si quæritur an illud tempus, quo res apud sequestrem fuit prosit vincenti quo ad vsucapionem cum Iuliano id duntaxat agente in dicta.l. interesse puto.distinguendum erit,vt ad illius.l.interpretationem statim dicemus,& ita secure affirmauerint.

16 Ex qua interpretatione.1.vera deducitur interpretatio ad tex.in dict.l.licet.17.§. rei . ff. depositi.cuius verba sunt,rei depositæ proprietas apud deponentem manet,sed & possessio, nisi apud sequestrem deposita est,nã tum demum sequester possidet:id enim agitur ea depositione, vt neutrius possessio in id tempus procedat. Ex quibus verbis.si.1.illud participium,deposita est, referas ad illa verba,rei depositæ,prout recti sermonis ratio postulat, excludis eorum interpretationem, qui referentes illa verba,deposita est,ad possessionem,docere Florentinũ putant,quando ipsa possessio in sequestrem datur,possessionem transire, non alias: quod vtique falsum est, quia Florentinus aperte respondet depositi & sequestri discrimen esse,in deposito proprietatem & possessionem apud deponentem manere: at in sequestro transire,rationeq; confirmat in sequestratione, id ex ipsius actus natura agit,vt neutrius possessioni illud tẽpus accedat,puta quia in sequestrem deponitur donec finiatur controuersia:& tũc sequester possessionem habẽti triumphum resignet, vt Celestinus interpretatus est hic.Florentini,itaque responsum est, sequestrationis natura possessionem apud eos,inter quos controuersia est,nõ manere, sed in sequestrem transire, ergo iam natura, & .l.hoc institutum est:nec apertius potuit Florẽtinus legem instituere & rationem ostendere, & ita obseruandum esse affirmat.

17 Secundò ex eadem interpretatione deducitur verus sensus. d.l.interesse puto.39. ff. de acquirẽ. posses.cuius verba sunt. Interesse puto,quia mente apud sequestrem deponitur res,nam omittẽdæ possessionis causa,& hoc aperte fuerit approbatũ ad vsucapionem possessio eius partibus non procedere: at si custodiæ causa deponatur ad vsucapionem eam possessionem victori procedere cõstat.Hæc Iulianus. Primoq; illud perspicuum est non quæri an possessio translata ex sequestro sit necne quasi illud procõstanti relinquat, sed disputari de quęstione pulchra,& à cæteris Iureconsultis prætermissa,an si cõtingat illius rei vsucapionẽ allegari ab eo qui in controuersia euicerit, prosione illud sequestri tẽpus ipsis partibus. Huic quæstioni Iulianus vt satisfaciat, facundè distinguit duos casus:alter est quando apertè constat, partes ita imprudentes & rei suæ parum industrias fuisse,vt sequestrationem ita fecerint quod possessionem omnino voluerint dimittere, tunc enim ex aperta animi sententia tempus quo durauerit sequestrum ad vsucapionem non procedit. Alter est quando sequestrum fit custodię causa,quod regulare & frequentissimum est,& tunc tempus victori prodest ad vsucapionem. Vnde obiter animad-
18 uertendum est scribentes re in euidenti allucinari, quando quasi per extensionem notant in sequestrem transire possessionem,etiamsi custodiæ causa fiat:quia sequestri natura est, vt rem custodiat & vincẽti restituat.& ita illud etiam obiter obseruandum est,inutilem esse quo ad sequestri tractatum superiorem differentiam possessionis & custodiæ.in primi decreti missione vtilem & necessariam.Ad rem itaque Iulianus inter illos duos ca-
19 sus interesse putat,quasi docuerit ex sequestri natura possessionem apud sequestrem esse quandiu custodia durat & postquam victori fuerit resignata à sequestro illi prodest quo ad vsucapionem, quia iure satis institutum est, eum possidere cuius nomine pòssidetur, & ita vt seruitutem retineo,
20 etiam si alter meo nomine possessione vtatur.l.2. ff.quemadmodum seruitutes amittantur. l. quod meo.18.in princip.ff.de acquiren.possess.text.elegans,in cap.cum venissent.supra de restit.spoliatorum.melior text.& difficilior in cap.si diligenti, de præscriptio. vbi reprehenditur Archiepiscopus Pisanus ab Innocentio Tertio , quod cum à Marchione Massæ fidelitatis iusiurandum Ecclesiæ Romanæ nomine prudens exegisset archiepiscopus præscripsisse opinabatur fidelitatis

tatis ius ab ipso Marquione pro iudicatu Calaritano exigendum: reprehenditur inquam, quia cum is possideat, cuius nomine possidetur, non Archiepiscopus, sed Romana Ecclesia cuius nomine possidebat, possidere verius est, & ita sequester sciens & prudens victoris nomine possidere, ad ipsius victoris vtilitatem possidet, vel potius ipse victor possidet, cuius nomine possidetur, & ipsi ad vsucapionem procedere iuri consentaneũ est: ita etiam creditor ad vtilitatem habentis ius in proprietate possidet, etiam quoad vsucapiendi conditionem ex Bartulo. nume. 8. & Iason. in fine, in. l. 1. §. per seruum corporaliter. ff. de acquirenda possessione. Alexander in. l. Pomponius. §. cum quis. num. 28. ff. eod. quod absque difficultate procedit in sequestro, qui vtriusque partis nomine possidet: qua ratione mouemur seque-
21 strem posse ad beneficiũ ex iure patronatus præsentare, vt in cap. fi. disputandum est ad primum argumentum.

Ex quibus satis apparet Florentinum rectè instituere sequestri natura possessionem in sequestrem transire victori vtilem ad vsucapionem, à qua institutione excipitur alter casus, quando apertè cõstaret partes voluisse possessionem omittere, vel potius ipsius vtilitatem, quia tunc vincenti inutilis est cum propriæ vtilitati proprioque fauori possit quis pro arbitrio renuntiare, vel sciẽter. l. si iudex. 41. ff. de minoribus. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. c. ad apostolicam. de regularibus. c. si diligenti. de foro compet. vel imprudenter. c. 1 de restitutione spoliatorum. c. cum ecclesia Sutrina. c. cum super. ca. fi. de causa possessionis & proprietatis. ac proinde quando ita apertè constat partes à se voluisse scienter, vel impru-
22 denter possessionem separare. illius vtilitati, quoad vsucapiendi conditionem renuntiasse videntur, & ita planè accipienda est Iuliani sententia.

23 Tertio, inde etiam interpretandus est tex. in d. c. examinata, de iudicijs, ex quo colligũt supra allegati, non transire possessionem in sequestrem, siquidem cum in. d. cap. examinata penes sequestrem esset Matthæus de Reparia, vel secundum Concium & Augustinum de Romana iuspatronatus possidebat: vnde glossa & omnes secundum Abb. & Felinum. num. 13. &. 14. cruciantur in illius text. interpretatione, & demum concludunt, ibi solum esse controuersiam super iure patronatus, vt dicit text. actionem quam super iure patronatus, & ideo licet ecclesia foret in sequestrẽ data ius patronatus, de quo agebatur, penes Matthæũ erat, quia non fuit sequestro datum, vt probat litera, ibi, tñ ius patronatus possidebas. Vnde rectè propter ineptitudinem propositionis repellitur ab instantia. Iuxta quam interpretationem male adducitur ad vulgarem allegationem quod in sequestrem non transeat possessio. Ego huic illationi lubens acquiesco: text. verò aliter accipiẽdum esse dixerim: quoniam Matthæus in instantia cõdemnatur, non in re, vt probatur in fine text. vnde plane fit, non quia possidet, vel non possidet Matthæum damnari, sed quia ineptè actionis factum proposuit, & ideo ius illi reseruatur si aptè proposuerit.

Ad cuius cognitionẽ, Primo constituo, quod licet superstitiosa illa proponendi formula. l. 2. §. deinde. ff. de ori. iur. l. actio. 47. ff. de nego. gest. omni iure sublata sit. d. l. actio. l. 1. & 2. C. de form. subla. c. dilecti. de iudicijs. l. 4. tit. 2. p. 3. & aliàs dixi late in. d. c. dilecti. factum tñ apte & vere proponi necesse est. d. l. 2. d. c. dilecti. d. l. partitæ. vnde si in ipsa facti propositione ineptitudo consistit libellus vicio notatur, licet vitio non detur, actionis nomen non exprimi, vt ex. d. iuribus & l. edita. C. de edendo, & l. 1. vbi glo. versi. perinde, & communis secundum Orozco. num. 30. & omnes in. d. l. edita. & in princ. Institutis de actio, Aluarus Velascus de iure emphyteotico, quæstio. 6. num. 9.

27 Secundo, constituo Matthæum ibi agere reiuendicatione, cuius proprium est ex parte agentis dominium. l. officium. 9. l. in rem. 23. l. is qui destinauit. 24. l. qui petitorio. 39. l. vnica. C. de alienatione iudicij. §. omnium. Instituta de actio. vel quasi dominium, vt glo. ibi, versic. possideat. & Iason. num. 57. Gomezius. 33. Venincasa. 380. & eleganter idem Velascus. quæstio. 13. num. 70. & ex parte rei in ius vocati possessio. d. l. officium. d. l. vnica. d. §. omnium vel quasi possessio. l. fin autem. 27. §. 1. ff. de reiuẽdicatione, eadem glossa, & cõmunis. His ita cognitis Matthæus agens reiuendicatione, contra milites Campanicos dixit se possidere: vnde reiuendicationis naturam con-
28 uertebat, & contra seipsum debebat reiuendicationem intentare, si dicebat se possidere: quare in instantia condemnatur reseruato iure, quod iterum apte possit reiuendicatione agere. Vnde duo apertè succedunt alterum non condemnari, quia possidebat, sed quia dixit se possidere, ineptaque labitur propositione: alterum, quod significat litera aduersarium possidere, siquidem Matthæo reseruatur ius apte proponenti. Ex quibus satis liquet scribentes non rectè illius text. mentem perpendisse maximè iuxta Antonij Concij castigationem veterum collectionum, collectione. 3. lib. 2. tit. & c. fin. vbi in integra non legitur, vt in vulgari, tu ius patronatus ipsius ecclesiæ possïde-
29 bas, sed tu ipsam ecclesiam possidebas. sed Antonius Concius vulgarem sequitur, nisi intelligamus ecclesiam accipi pro iure patronatus. c. 1. c. quod autem. 5. de iure patronatus. c. pastoralis. de donatio. Præsertim cum Innocen. 3. hic loquatur laicis iuxta interpretationem Innocentij, & Car-
30 dinalis & Veroi. num. 10. ad finem. in. c. 1. de iure patronatus. & Abb. in. d. c. quod autem, in fine, quod probatur in. d. c. examinata. cum litera vulgaris Concius & Augustinus conueniant super iure

per iure patronatus actionem fuisse intentatam, & ineptè propositam cum dixerit se posside re: ergo vt possessio ad ius patronatus referatur necesse est: obseruamus itaque in eo.c.communem allegationem non probari.

4. Ex eadē interpretatione deducitur verus nostri cap. sensus, scilicet, Celestinum ex Florenti-
31 no & Iuliano, vbi supra, constituisse verā & propriam sequestri naturam, scilicet, ex sequestratione regulariter possessionem trāsire, vt aperte probant illa verba & ei parti possessionem postmodum resignarent, neque in hoc ab Innocentio tertio fuisse reprehensum Celestinum; sed in causa
32 sequestrationis & ita tenēdum est, quamuis Corrasius lib.3. miscelanearum.c.2.num.13. nouè nostrum text. interpretetur, quod illud verbū possessionem non significet ius insistendi rei, sed materiam illius prædij vel hæreditatis: de cuius reiuendicatione agebatur, quasi diceret rē ipsam ei parti postmodum resignarent: quoniam & possessio rem significat.l. Imperatores.ff. de seruituti
33 bus rusticorum.l. interdum.78. ff. de verborum significatione. sed verior est communis interpretatio rem & eius possessionem sequestro dari in custodiam, & hoc significat verbum resignarent,
34 quod planè ad incorporalia refertur. c. ex transmissa, 3.c. super hoc. 5.c. quod in dubijs de renuntiatione cum alijs, & in regula de publicandis resignationibus. vbi Gomezius, Mādosius, & alter
35 idem Mandosius in praxi signaturæ gratiæ. §. resignationis. Secundo, quia si Celestinus de re non de possessione ageret, non resignarent, sed traderent dixisset quod ad corporalia proprie refertur. l. qua ratione.9.§. hæ quoque res.l. traditio. 20.l. nunquam. 30.ff. de acquiren. rerum domi.§. per traditionem inst. de rerum diui. l. traditionibus. C. de pactis. Quinto, inde etiam interpretandus est text. in.d. Clement. vnica isto titulo: sed quia latius de ea agendum est in.c. fina. ibi, ne toties re
36 petatur, omitto Sexto, inde cauendum est à Menochio de retinenda, rem.3. nume.90. affirmante intermissionem ex primo decreto, & sequestratio
37 nem interesse ex sequestratione non trāsire possessionem ex missione trāsire, ex vtroque corruit capite, quia ex sequestratione trāsire possessionē satis resolutum est ex missione non transire in sequenti argumento resoluēdum erit. Superest itaque non obstare tertium argumentum principale, quia ex sequestratione transire possessionē verius est: neque obstat. d.l. interesse puto, quia potius idem probat, licet principaliter aliud agat vt supra, & ita soluitur tertium.

38 Non obstat quartum ad cuius & sequentium, & veram nostri textus cognitionem exilla difficili primi & secundi decreti disputatione, quam latius in. c. 1. de dolo & contuma. ad secund. argumentum prosequutus sum; nec vos audisse pigebit. Sciendum est, primo illius summā esse reo contumace posse actorem ex primo decreto in possessionem mitti.l. si finita. 15. §. Iulianus. ff. de damno infe. l.3.§. fi.l. si quis ante. 10. ff. de acquiren. posse.l. fulcinius.7.§. fi. ff. ex quibus causis in po. eat.l. cū proponat authenti. ei qui, C. de bonis autho. iu. po.l. si quis emptionis.§. pe. C. de præs. 30. vel. 40. annorum.c.3.c. quoniam frequēter.§. in alijs, vt lite non con.c.1.&.2.ca. prout. ca. contingit de dolo & contu.c.1. cum sequentibus de eo qui mi. in posse ca. pastoralis.§. præterea de officio ordi. tex. in præsenti versi.1.l.6.tit.8. par. 3.l.1.tit.9.lib.3.ordi. lib.1.tit.11.lib.4. compi. de cuius causa origine & ratione agendum est in. c. 2. ad rationem decidendi, & ad quintum & sextū argumentum.

39 Secundo, inde ortam esse quæstionem illam, an missus ex primo decreto possessor sit, & licet in diuersas nostri interpretes sententias diuidantur, ad duas reducendas fore satius est. Altera est in possessionem missum ex primo decreto esse iure nostro possessorem, vt apertè probat iuriscon. in.d.l. si finita. §. Iulianus.d. l. fulcinius.§. fi.d.l. si quis emptionis.§. pen.d.l. cum proponas, & authenti. ei qui.l. consentaneum, C. quo mo. & quādo iudex.d.c. prout. &. d.§. in alijs. &. d.§. præterea. & in præsenti, in versicu. 1, & ideo diximus ad rationem decidendi iniustum forsan Celestini præceptum de sequestrando fuisse: siquidem priuabat monachos possessione in quam ab Episcopo Veronensi propter Archiepiscopi contumaciam missi fuerant. bonus text. in c. 1. de eo qui mit. in posse. lib. 6. vbi in beneficialib' missio ex primo decreto prohibetur, ne detur vitiosus ingressus, puta ne vitiosè possessionem ingrediatur, ergo ex primo decreto possessor esset, & extra beneficiariam causam possessor erit, quam sententiam plures communem, & affirmant & probant,

40 Altera ex primo decreto in possessionem missum non possessorem, sed custodem, vel detentatorem esse tex. in.l. is cui.5. in princi. ff. vt in posse. lega.l.3.§. fin.l. si quis. 10. ff. de adqui. posse.l. cū legati. 12. ff. ex quibus causis in posse. eatur. d.§. præterea. d. ca.3. &.d.§. in alijs.c.1.2. ca. contingit de dolo. c.1.2.3.4. de eo qui mi. in posse. hanc etiā multi communem dixere, vnde plures ad eā difficultatem assignantur intellectus, nec glossæ inter se constant, vt in.d.l. si finita.§. si plures. & in d.l. 3.§. fin. &.d.l. si quis emptionis.§. pen. & versi. tedio. & versi. possessionem.d.§. in alijs. & versi. custodiendam. in c. 1. & versi. causa. in.c. contingit de dolo. Barto. in.l. si prius.9. oppositione. ff. de ope. noui nuntia.d.§. Iulianus. & num.45. vbi Bolognin. & Michael, Vlcurrum. nume.15. &. 17. 165.181. & Corra. num. 36. idem Bart. in.d.l.3.§. fi. vbi latè Roma. Ange. Alex. Areti. Iason. nu. 9.&.20. ff. de acqui. posse. Alex. num. 15. Iason nu.22.l. à diuo Pio, §. si pignora de re iudi. Abb. in.d.§. in alijs. num. 14. & in.d.c. contingit. num. 5.& hic num. 18. &. 19. Maranta. de ordi. iudi. 6. parte.

parte.c. de contumacia. nu.12. Magistraliter Antonius de Fano in tractatu de pignoribus. 2. membro.3. partis à nu.6. Gregorius Lopez, verbo, metido en tenencia, in.l.2.titu.8. par.3. Didacus Perez in dict.l. 1. glo.1. quæstione.28. &. glo.2. columna. 1032. Iacobus Menochius consilio. 104. numero.64. volumine. 1. quorum iudicio rece-
41 ptior distinctio est, differre ius ciuile & Pontificium, vt ciuili Possessor Pontificio custos duntaxat sit. Sed superiori relatione conuincitur, quia & legibus Ciuilibus custos duntaxat est dict.l. is cui.d.l. 3.§. fina. dict.l. si quis ante & Pontificijs probatur possessor, in dict. c. prout. & in dict. ca. pastoralis.§.præterea, & hic. & ita glossa, verbo tędio, in dict. §. in alijs iure Pontificio possessorem esse dixit, licet verbo possessionem in contrariũ magis inclinet & affirmet, verbo, causa, in dict. c. contingit.

42 Quare omissis opinionibus obseruandum est in actione personali, vtrumque ius conuenire in reali differre. Ac proinde constituo ex primo decreto in possessionem missum in actione personali non esse possessorem, sed custodem, & ita vtrumque ius conuenire, dict.l. is cui. dict. l.3.§. finali.l. si quis ante. l. cum legati & omnia iura Pontificia supra relata, & ita ciuilibus Pontificijs & regibus interpretibus placuit, & inde regulam cum ampliationibus, & limitationibus confecit Antonius de Fano. dict.num. 6.

43 Rursus in actione reali secundum leges ciuiles possessorem esse secundum Pontificias duntaxat custodem ex prædictis legibus & capitulis, & ita magis receptum est ea quæ confirmatur ratione, quia personalis petitio non ad rem, sed ad personam refertur. l. 1.l. actionum.24. l. actio in personam. 27. ff. de actio & obligatio.§. omnium instițu. eod. & actus non debet operari vltra intentionem agentis. l. non omnis numeratio in. princ. ff. si certum petatur. l. non vtique ff. de exceptio. l. siquidem.C. eodem capite, cum venerabilis eodem, & ideo cum personalis est actio, & propter aduersarij contumaciam fit missio in bona non efficitur possessor, quia petitio in personam relata operaretur vltra intentionem agentis, & ideo solum custos, vel detentor est. At si realis est actio, actor ipsam rem petens, & in eius possessionem missus sit possessor est iuxta actionis intentionem ita Cæsarei professores in dicta.l. 3. §. finali. & in dicto. § .si pignora. & Didacus Perez vbi supra magis communiter probant contrarijsque respondent argumentis, sed Pontificij contrarium defendunt, & eorum sententiam veriorem putat Angelus & Romanus in dicta.l.3.§.finali. & iure regio magis probatur ex dicta. l. 6. titulo octauo, partita.3. & d.l. ordinamen. & compilationis & Pontificio ita verissimum est, vt contrarium non reperiatur.

44 Tertio constituo, quod cum & Cæsarei & Pōtificij conueniant missionem, siue possessor, siue custos sit cessante contumacia. dataque intra annum cautione cessare, vt ex illis iuribus constat, interpretesque inquirant quid intersit possessorē vel custodem esse glossam, verbo tedio, in dicto.§.in alijs docere, ꝙ si possessor est reum expellit & ipse administrat, colit, seminat, colligit, & seruat. At si solum custos reus administrat, colit & colligit, custos tantum seruat, & ita probant omnes ibi, & in dict. lege. 3.§. finali. & in dicto.§. Iulianus, & in dicto capite contingit. & inde deducunt, quod cum neutro casu faciat fructus suos, nisi iure singulari dicta. lege. Fulcinius. §.finali. ff. ex quibus causis in possessionem. cap. prout, de dolo & contuma, vt probant illa iura pro vtraque parte allegata. & optimè textus in capitulo. 2. & ibi, glossa. 1. infra isto titulo, vbi disputandum est ad quintum & sextum argumentum esse possessorem, vel custodem modici præiudicij esse. & ita Bartolus vbi supra. Abbas numero. 14. in dicto.§, in alijs, & numero.§. in dicto.c. contingit inutilem esse disputationem & differentiam affirmant, & facete Rolandus consilio. 69. numero. 17. volumine. 3. Contrarium tamen agnouit Didacus. Perez columna. 1029. affirmans maximum esse momentum & præiudicium, licet illud ad speciem non applicauerit immemor vel ignorans. Abbatem hic numero. 18. &. 19. allucinatum fuisse in nostri text⁹ interpetatione. An monachi ab Archiepiscopo spoliati possint agere interdicto: vnde vi, & quia non posidebant non agere, probat, quod si posiderent, agerent vtique, vt ad sextum argumentum dicemus errasseque Menochium, de retinenda remedio 3, numero.90. dicentem, missum posidere ex capite. 2. de dolo & contumacia sequestrum non posidere: sed fallitur, quia iure Canonico non posidet missus, vt supra: & sequester posidet hic, & in Clementina vnica eodem. Quare autem ita fiat dis-
45 putandum est ad iterpretationem dictæ Clementinæ, in capite fina. ad primum argumentum, in quo etiam disputandum erit, quare in beneficialibus fit sequestratio, nō autem missio, & in cap.2. ad quintum & sextum.

Quibus ita compositis non obstat quartum argumentum in fauorem religionis monachis sequestrationem, non missionem decerni. c.2, de dolo & contumacia, hic autem missio decernitur, quia respondeo, quod cum in contumaces multa prodita sint remedia. c. 3. c. quoniam frequenter, §. in alijs vt lite nō cōtestata. c.1. &.2. &.3. c. prout de dolo monachi. in. d. c. 2. petebant missionem & datur sequestratio propter religionem, cuius summa ratio est. l. sunt personæ. 43. ff. de religio. & sumpt. funerũ. c. in præsentia de probationib⁹, & ita aliud remedium petebant, & aliud concedi tur, quare & quia sequestratio regulariter prohibita est magis glos. ibi. & communis confunditur. Vnde primo intelligunt religionis fauorem non referri in dicto capite secundo, ad monachos

chos actores, sed ad canonicos contumaces, qui
regulares cum sint religiosos, etiam Alexand. ap-
pellat. Ac proinde mitius cum illis agi, missionē
negando & sequestrationem concedendo, & ita
non obstat, quia hic missio data fuit contra Ar-
chiepiscopum, sed hic intellectus facilè conuin-
citur, quia repugnat ratio recti sermonis cum illa
verba. Licet monachi essent ob contumaciam ad
uersæ partis in possessionem rerum petitarū mit-
ten di. Intuitu tamen religionis mitius agere, cū
eis volentes possessionem sequestrari fecistis, vt
sic saltem canonici affecti tædio stare iudicio co-
gerentur. Apertè suadeant fauorem religionis ad
mona chos referri, rursus, quia cum monachi sint
actores, & canonici contumaces Alexandrū acto
ribus magis quam contumacibus consulere, ratio
postulat: si quidem ex omnibus auxilijs in contu
maces proditis actori plerunque committitur ele
ctio. d. c, 3. &. c. quoniam. §. in alijs vt lite non con
testa. c. 12. 3. &. 4. de dolo & contumacia. Vnde
47 2. Antonius, Ancharranus & Cardinalis in eodē
c. 2. intellexunt fauorem ad monachos referri, &
interpretationem esse, quod si in possessionem,
vt petebant ex primo decreto mitterētur, possent
vtique cupiditate & ambitiore notari, cum rei
alienæ possessionem occupare viderentur, sed cō-
funditur: quia si præsumitur eos iustè petere, præ
sumeretur vtique iustè occupare maximè inter-
ueniente magistratus authoritate missionem de-
cernentis. Præterea, quia plerunque absque cupi
ditatis consideratione monachis decernitur mis-
sio, vt apertè probatur hic in versiculo primo, &
in. c. 2. &. 3. supra de eo qui mittitur in possessio-
nem. Vnde. 3. Hostiensi & Innocentio ibi magis
placuit sequestrationem fauorabiliorē esse: quo-
niam missio in possessionem præstita intra annū
cautione reuocatur. d. §. in alijs. c. 1. &. c. contin-
git de dolo & contumacia. c. 1. 2. &. 3. de eo qui
mittitur: sed sequestratio durat vsque ad finē cau-
sæ, vt clarè probat noster textus hic, in versiculo,
Bonæ memoriæ Celestinus, ibi, & ei parti posses-
sionem postmodum resignarent, quæ obtineret
de proprietate triumphum, & inde adeo prohibi-
ta est, sed manifestè conuincitur: quia si in pos-
sessionem missio cessat per cautionem, eadem ra-
tione cessabit sequestratio in missionis locum
propter contumaciam facta, vt in dict. c. 2. & hic
constat ex versiculo, in eum. & versiculo fin. Vn-
de duplex oritur difficultas altera, an sequestra-
tio propter cōtumaciā iure fiat: altera esto quod
fiat, an per cautionem cesset in illa omnes hic, &
48 in dict. c. 2. confuse respondent, quorum opinio-
nes inuolutè retulit Abb. à nume. 9. communior
est propter rei contumaciam posse in repetita se-
questrationē fieri ex dict. c. 2. de dolo. vbi expres-
se probatur, cum enim monachi petijssent ex pri
mo decreto, mitti in rerum petitarum possessio-
nem Alexander. 3. sequestrationem concessit
propter canonicorum contumaciam. text. etiam
hic vbi propter Archiepiscopi contumaciam
monachi missi ex primo decreto fuerunt in pos-
sessionem, à qua cum violenter eos eiecisset Ar-
chiepiscopus Celestinus sequestrari præcepit.
Tertio, quia ad propriæ iurisdictionis defensio-
nem potest iudex pro arbitrio pœnam impone-
re & multare. l. 1. ff. si quis ius dicenti, & inde si
viderit expedire sequestrationem decernere, vt
agnouit glos. magistra. versiculo, sequestrari, in
fine, in. c. 2. infra isto titulo allegans textum, in
dict. c. 2. & ibi Abb. 11. casu. Baldus in. l. consen-
taneum. primo no tabili. C. quomodo, & quando
iudex. glo. versiculo, sequestrationis, in. l. vnica
C. de prohibita sequestratione. Abbas in dict. c.
2. de dolo. à nume. 9. Iason. in. l. si fideiussor. §. si
satisdatum. nume. 27. 2. casu. ff. qui satisdare co-
gantur Corrasius Miscelaneorum, libro. 3. ca. 2.
neme. 10. 8. casu. Vnde sequestratio enumerabi-
49 tur inter remedia contra contumaces prodita. In
altera difficultate, an sequestratio cesset per cau-
tionem. Innocentius, Ioannes monachus, Ioan-
nes Andreas, Antonius, & alij inter se pugnant:
sed Abb. ibi, numero. 12. &. 13. resoluit iuxta se-
questri naturam fieri non posse, quod propter
contumaciam facta sequestratio duret vsque ad
finem causæ. Cum enim contumacia cesset per
obedientiam, & de obedientia caueat reus cessa-
re contumaciam necesse est. cap. 3. cap. quoniam.
§. in alijs vt lite non contestata. cap. 1. cum se-
quentibus, de dolo & contuma. cap. 1. cum se-
quentibus, de eo qui mittitur in possessionem,
& aperte hic probatur in versiculo, in eum vsque
50 ad finem, quinimo & regulare esse sequestratio-
nem cautione cessare argumento est, dict. lex, si
fideiussor. §. fina. ff, qui satisdare cogantur. l. se-
natus, in fine. ff. de officio præsidis. l. fina. de or-
dine cognitionum. leg. litibus. 19. C. de agrico-
lis & censitis, lib. 11. dict. cap. 2. de dolo & con
tumacia. & hic Abbas numero. 4. Felinus. 10. di-
cto cap. examinata de iudicijs. Abbas in cap. 2.
numero. 11. infra isto titulo, glo. magna, versicu-
lo satisdatio, in dicta. l. si fideiussor. §. finali. ff. qui
satisdare cogantur. vbi Iason. numere. 17. Orōz-
co. numero fina. Curtius de sequestris, nume. 55.
Xuarez in. l. 2. titulo de los emplazamientos. nu-
mero. 5. libro. 2 fori Corrasius libro. 3. cap. 2. nu-
mero. 19. Didacus Perez in. l. 1. titulo. 10. lib. 3.
ordinamen. colum. 1143. Veroius in cap. quo-
niam contra, numero. 158. de probationibus. Re-
buffus articulo. 7. glo. vnica, numero. 7. qua cau-
tione pignora, vel fideiussores dantur de lite su-
scipienda, & de re non distrahenda, & sine dila-
tione restituenda, text. in dict. l. litibus, in. §. pe-
nultimo. institutis de suspectis tutoribus glo. fi-
na. in dict. l. si fideiussor. §. fina. & glo. fina. hic, &
communis senten. secūdm Veroiū, Rebuffum, Cor-
rasium, & alios supra. sed communis hæc tra-
ditio, non potest omnibus sequestrationum
causis conuenire: quare resolutio sit sequestra-
tionem

tionem factam propter contumaciam, vel fugæ timorem & similes cautiones cessare at si sequestratio propter scandalum fieret, vel propter causam aliam cuius securitas cautione non cōprehenditur, & cuius timor cautione nō tollitur tūc inutilis est satisdatio, & ita intelligenda sunt. & lex si fideiussor.§.fi.l. Senatuscon sulto.d.lex litibus; cum alijs: & text.in.d.ca.2.de dolo. & hic de quo etiam dicēdum est in.c.2. ad.1.arg.ex quibus satis constat conuinci illum intellectū Hostieñ. & Innocen. fauorabiliorem esse sequestrationem quæ non tollitur cautione sicut missio: quia tolli receptissimū est deinde quia ex missione post annum competit vera possessio cum vsucapiendi conditione & fructuum acquisitione. l. si finita. §.Iulianus.ff. de damn.infect. c. quoniā ferquenter.§. in alijs, vt lite non contest. cap.contingit.de dolo & cōtum.c.1. &.3.de eo qui mittitur in possessionem. & latius in.c.2. infra, ad.5. &.6. Abb. n. 10. ibi .in primum intellectum inclinat ꝙ referatur ad canonicos regulares, sed confunditur, vt diximus ad.1. argum.

51 Quare alijs omissis noua sit interpretatio, Alexandrū. 3. ibi Mitius agi cum religiosis ex sequestratione, quam ex missione considerasse siquidē in missione de Iuris apicibus disputare necesse est, magnum insit possessionis periculum si intra annum præstatur: vel non.d.§.in alijs, cum supra allegatis. Si admittitur à iudicibus, vel non.c.2. de eo qui mittitur in possessionem, & hic, vt constat versi.fi.si est possessor, vel custos. Si est actio realis, vel personalis. Si facit fructus suos, vel non. Si efficitur verus possessor, ex nimia aduersarij contumacia.l.Fulcinius.§.fin. ff.ex quibus in possess. dict.leg.si finita.§.Iulianus. cap. contingit cap. prout. de dolo & contum. vel ex temporis lapsu. constituitur dn̄s verus possessor quæ omnia in sequestratiōe cessant, ac proinde, ead. ratione qua docemur in personis. & negocijs ecclesiasticis, nec subtilitatem quo ad multam cōsiderari.c.1. de dolo & contum. cum ibi allegatis, & monachos à forensibus exercitationibus alienos esse.c. fornicari. 88. dist.c.1.2. &.3. de postulando ead. motus. Alexan.in.d.c. 2. Respondet inter religiosos mitius ex sequestratione agi cū ex ea à tanta iuris disputatione eos arcere religionis ratio postulet. & ita illa litera significat qua retenta interpretatione, non obstat argum.d. ca. 2. quia non inde sequitur semper quoad monachos sequestro magis quam decreto vtendum esse: quia vt respondet Papinianus, non quidquid iudicis potestati permittitur, id subijcitur iuris necessitati .l. non quidquid.40. ff. de iudicijs ac proinde & monachis missionem. Ex. 1. decreto decerni posse significat idē tex.in.c.2.de dolo. & planè probat text. hic, & apertè in.c.2. infra isto tit. Et cap.2. &.3. de eo qui mittitur impossessionem, cum alijs plurib. & hæc est vera argumenti solutio, & illorum iurium interpretatio.

52 Neq; obstat.5. monachos missos esse in possessionem reipetitæ, & per sequestrationem illa priuari: vnde iniuria afficiuntur à Celestino quia respondet glo.hic. versi.arbitrio fatendo cōtrarium iniustam fuisse Celestini sequestrationem: quia cum sequestratio prohibita sit, nisi expressè permittatur, vt in. d.l. vnica. C. de prohibita sequestratione cum allegatis ad rationem decid. & casus huius tex. non comprehendatur inter permissos referēdos, in ca. 2. infra isto tit.ad. 1. argu. iniuria fuit sequestratio & merito, ab Innocentio. 3. reuocatur, & nō esse ex permissis hic, ex eo fieri opinatur Ioan. Andr. quia propter rei contumaciam, non debet in eius bonis fieri sequestratio, sed communiter reprobatur, vt resolutum est in præcedēti argum.n.48. Vnde.2. alij dicunt iniustam fuisse ex eo quod cum missio in possessionem ex. 1. decreto rite facta fuerit per episcopum Veronensem, non debuit per Celestinum reuocari per se-
53 questrationem. Ita Innoc.& Anto.n.14. & refert Abb.n.18. Ex quo intellectu apertè colligitur, ꝙ illa verba pro arbitrio sequestri iniustitiam significant, sed huic interpretationi repugnat, ꝙ secundum veriorem & cōem intellectum propter rei cōtumaciā sequestrum fieri potest, vt supra ergo contra archiepiscopum non comparendo, & in spoliando contumacem iure potuit fieri sequestratio in casu permisso. Rursus quia ad vitandum scandalum iuste sequestrationem fieri resoluimus ad rubr.n.4. & hic, ad.2.argum.n.6. & in cap.2. infra ad.1. sed hic, scandalum imminere ob archiepiscopi potentiam & violentiam palàm est, ergo iusta fuit sequestratio.

54 Quibus motus Abb.hic.n.18.ad finem concludit nouam & veram interpretationem nostri tex. esse sequestrum hic, iustum fuisse, nec propter iniustitiam ab Innocentio. 3. reuocari. Sed ex eo ꝙ cum in proposita specie sequestratio in missionis locum fuerit subrogata debet sapere eius naturam, argum.l.item veniunt.22 §.cum prædixerimus.ff.de peti.hæreditatis.c.ecclesia, supra, vt lite pendent. missionis autē natura decretum per cau-
55 tionem reuocatur. cap.1. cum sequentib. de dolo & contum.c.1.cum sequent. de eo qui mittitur in possessionē. & ita sequestratio hic.per cautionē, etiā reuocatur: non quia iniusta, sed quia cessat vt decretum missionis quantumcūq; iustum per cautionem etiam cessare diximus hæc interpretatio confunditur. Primo, quia verba nostri text. pro suo arbitrio, & integra supra proposita. Pro arbitrio voluntatis suæ aperte significant sequestri iniustitiam. Et extra casus permissos sola Celestini voluntate factam fuisse sequestrationem. Secundo quia verba Innocentij. 3. in versic. in eum statum, ibi penitus reuocato apertius demonstrāt mādatum sequestrationis iustitia destitutum pe-
56 nitus reuocari. Tertio quia considero Innocentium separate sequestrationem reuocare in versic. in eum statum, & postea in versi.ne tamen expen

sas mo-

fas moderatas pronuntiat monachis archiepiscopum solutur û esse, & deinde iubet cautionem præstare & sic longè diuersum est sequestrum cessare per cautionem quod hic, nequaquam dixit Innocentius, vel penitus reuocari, vt ab Innocentio reuocatur. Neq; obstant Abbatis fundamenta primum propter contumaciam rectè fieri sequestrũ: quia licet verissimum sit, vt supra hic, tamen non sequestrum, sed decretum de mittendo factum fuerat, vt constat ex versi.1. neque cum tanta actoris iniuria faciẽdum erat. Neque obstat aliud ad vitandum scãdalum, iustè fieri sequestrationem, vt supra: quia Resoluimus ad.2.argum.nu.6.&.7.cum iudicis & magistratus proprium sit, possessorem tueri atque defendere, & in scandala inferentẽ animaduertere, vt ex Paulo Castrensi, in. l. si super. cũ alijs. C. de transactio. probant Alexander, in dict. l. si fideiussor. §. fin. Rebuffus art. 1. glo. 2. & ad praxim applicauerunt Ioannes Anchar. q. 25. n. 5. Iacobus Mandelus, consi. 75. y. 78. ac proinde cum monachi essent in possessionem missi, non debuit Celestinus absque monachorum iniuria sequestra
57 tionem fecere. Vnde.4. aliter intelligendus est noster tex. scilicet. sequestrationẽ in casu licito fuisse factam, sed excessisse modum. & ideo ab Innocentio reuocari. Vtrumq; probatur. Primum, quia facta fuit propter contumaciam archiepiscopi, propter quam licitè vt sæpè repetitum est, ex. d. c.2. de dolo. & glo. & cõis in. c. sequenti. secũdum modũ excessisse probatur: quia cum sequestratio deberet fieri vsque ad cautionis oblationem cum succedat in loco missionis, vt suprà, fuit à Celestino facta, vsque ad finem causæ, vt probant illa verba, & ei parti possessionem postmodum resignarent quæ obtineret de proprietate triumphum, sed conuincitur ex vtroq;. c. ex. 1. sequestrationẽ hic, fieri in casu licito propter contumaciam negandum est: quia iam propter contumaciam fuit
58 facta missio. Vnde de spolio non de contumacia agendum erat contra archiepiscopũ, & ne in hoc immoremur illa verba, Pro arbitrio voluntatis suæ excludunt quamcũq; sequestri iustificationẽ ex alio. c. modum excessisse: quia sequestrationẽ decreuit, vsque ad finem causæ duraturam minimè admitto: quia licet ita fiat sequestratio propter contumaciam vsque ad finem causæ non excludit, quin si casus cautionem admittat, & offeratur admittenda sit, sicut quando interponitur decretum mittendi in possessionem, & mittitur, & potest durare vsque ad annum & eo elapso fieri verũ possessorem, & habere tit. ad vsucapionem sufficientem cæterum si intra annum datur cautio ad mittitur vtique & cessat missio, & eius spes licet dictum non fuerit: ita etiam si fit sequestratio vsq; ad finem non excludit quin si cautio offeratur cesset sequestratio, sicut in. c. 1. de dolo & contu.
59 cum alijs & ideo noue Celestinus defenditur ex sequestratione cum inter religiosos mitior sit, vt in d. c. 2. de dolo. & ita voluit emendare missionem ab episcopo Veronensi factam, sed displicet: quia iam missio facta fuerat, & cũ archiepiscopus monachos spoliauit ex illo delicto contra iudicis decretũ non debuit ipse vtilitatem consequi. l. itaq;
60 Fulo. ff. de furtis. c. intelleximus. de iudicijs. ca. si vere. 33. de senten. excom. vt resoluamus itaque verius est sequestrationem Celestini iniustam fuisse propter iniuriam monachis illatam, qui potius in illa missione defendendi forent ex remedijs in sequenti argum. explicandis, & ideo ab Innocentio. 3. notatur quod aperte significant illa verba: in integra scripta pro suæ voluntatis arbitrio, quæ liberam voluntatem probant. vt docet Honor. 3. in. c. 2. & cõis ibi secundum Abb. n. 1. Anto. nu. 3. vt dixi ibi. n. 1. & demum penitus reuocatur hic in versi in eum statum, & demum penitus reuocatur; ita soluitur quintum.

Neque obstat. 6. monachos ante omnia restituẽ
61 dos esse ex interdicti vnde vi priuilegio in qua difficultate glo. hic. versi. eiecit nihil concludit. & glo. fi. versi. fi. in. c. contingit, de dolo. concluditur non esse restituendum. Innocentius hic, & Anto. nu. 14. affirmant quod si archiepiscopus non offerret cautionem monachi restituerentur, & satis considerabile est Menochium alioqui diligentissimum tribus in locis difficultatem fugisse, nam de recuperanda remed. 1. agens de emphyteota Fructuario Colono spoliatis, à numero. 62. de misso per vim eiecto nullum verbum. Secundo cum egerit de misso per Carbonianum, vel per edictum Diui Adriani, nullum verbum de misso ex. 1. decreto. Tertiò cum de retinenda. rem. 3, n. 86. coniungat missionis & sequestrationis causas & possessiones nihil de misso ex. 1. decreto. Quare inquirendum est, Primo an monachis interdictũ competat. Secundo, an alio monachi adiuuentur remedio. Ad. 1. monachis hic, interdictum, Vnde vi, non competere, ita probatur, licet enim ad consulendum spolijs proditum sit. l. 1. & per totum. ff. de vi & vi armata. l. meminerint. C. vnde vi. ca. fi. de ordi. cog. c. 1. c. in literis cum sequent. de rẽstit. spoliato. illud tamen necessariò perspicuũ est, eum, qui de spolio agit, possessionem ante omnia probare debere. c. consultationibus, 10. de officio
62 delegati. c. cum ecclesia Sutrina. de causa possessionis. c. 2. & . 3. c. olim, el tercero, de restit. spoliatorum: sed missus in possessionem (extra comuniorem pontificiæ legis traditionem) non possidet, vt supra, n. 39. resolutum est: quia solus custos, vel detentor est, & ideo non poterit agere in-
63 terdicto, Vnde vi: qua ratiõe & Colono denegatur. l. 1. §. deijcitur. & §. quod seruus, vel procurator. ff. de vi & vi armata. l. vnica. C. de vsucapio. trãsformanda. quia Colonus non possidet, Bartolus in. d. §. deijcitur. Ripa. in. l. 1. n. 44. ff. de adquirenda possessione. & in rub. de causa possessionis num. 26. Conanus in cõmentarijs Iuris ciuilis lib. 3. c. 1. n. 8. Menochius de recuperan. reme. 1. n. 62.
64 Aluarus Velascus de iure emphy. q. 20. nu. 13. eodemque

eodemque iure obseruandum est, monachos hic non posse interdicto, vnde vi, contra archiepiscopum de spolio agere: ita agnouit glo. fi. ad finem. in d. c. contingit. vbi Abba. n. 11. de dolo & contum. Abba. hic. n. 13. ac proinde extra illam disputationem. n. 39. apud cæsareos poterit agere interdicto, cum possessio sit in reali actione, vt ibi diximus: Sed huic resolutioni repugnat, propter nimiam contumaciam, missus ex. 1. decreto verus possessor est, fructusque lucratur. l. fulcinius. 7. §. fin. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. c. prout. de dolo & cotum. sed archiepiscopus fuit hic nimium contumax, quia principio noluit respōdere, & ideo decreta fuit missio, & postea spoliauit, & ita nimium contumax. Sed respondeo, propter nimiam contumaciam fructus lucrari, verissimum esse: & ita si post nimiam archiepiscopi cōtumaciam monachi in possessionem mitterentur, possent esse veri possessores, & inde interdicto agere: sed cū prius facta fuerit missio, & deinde spoliatio aliud actum fuit: & sic non poterunt agere ex interdicto, Vnde vi: & ita securè tenen-
65 dum est. ¶ Ad secundū dicendum est, ꝙ licet monachi ex defectu possessionis non possint agere interdicto, Vnde vi: habēt tamen remedium. l. fi. C. de prætorio pignore. glo. vlt. ad fin. in d. c. contingit: cōmunis secundum Abb. ibi. n. 19. & Menochius, infra, Secundo ex edicto prætoris. l. 1. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem miss. est. Tertio ex officio iudicis alijs detentatoribus competens, gl. in l. Aquilius. 27. verb. Constitutus. ff. de donatio. & in. l. non tantum. ff. de petit. hæred. & commune resoluta à Menochio de recuperandæ remed. 17. nu. 21. Vnde possent ex eis eligere, non tū interdictū, de vi, consequi: & ita soluitur. 6

66 Neq; obstat septimum causam possessionis ab episcopo Veronensi, iam definitam in princ. tex. non esse vlterius ad iudicium trahendam, ex cap. cum inter. de reiudi. respondet. n. Ioannes Andreas, varijs modis Celestini commissionē intelligi posse. Primo ad exponendam delegationem. Secundo, superabundare. Tertio, vt referatur ad possessionem monasterio subtractam per archiepiscopū, & sequuntur Antonius. n. 13. Abb. n. 30. dicens, quamlibet defendi posse: sed confunditur ex versi. in eum, vbi. Innocen. 3. eandem com-
67 missionem reuocato sequestro confirmauit. Quare dixerim veriorem illius versic. interpretationē esse, ab illa sententia possessionis partim archiepiscopo, partim monasterio fauente, per Veronensem episcopum. 1. delegatum data, appellatum fuisse, vt ex litera cōstat: ideoque ne dubitaretur, vt in prima delegatione de virtute commissionis vtraque possessionis & proprietatis causa, fuit à Celestino expressa, & ab Innocentio confirmata in versic. in eum.

58 Neq; obstat. 8. Quia verissimum est, missionē ex. 1. decreto factam, data intra annum cautionē cessare, vt satis resolutum est supra, ad. 4. Cæterū quia missionis status iam mutatus fuerat, tum per spolium ab archiepiscopo factum, tum per sequestrationem à Celestino mandatam propter scandali timorem, cuius periculum per cautionem nō cessaret, vt supra diximus, dubitabatur apud iudices, an foret accipienda ab Archiepiscopo oblata, & cum constaret de eius violentia, non acquieuerunt, putantes sequestrationem duraturam esse vsque ad causæ finem, maximè cum ita breuis foret à Celestino designatus, vt ex litera constat. At verò qa sequestratio extra casus permissos facta fuerat, vt resolutum est ad quartum ab Innocentio. 3. reuocatur, & nouè delegatur, in versiculo, in eum statum. & quia de eius contumacia vehemēs erat præsumptio, vt satis cōstat ex versiculo. 1. cautionem dare sufficientem Innocentius, in versiculo fina. pronuntiauit.

69 Neque obstat. 9. sententiam, & alios actus incertos conuenire, quia respondeo non esse incertam, quæ ad certitudinem reducitur, & hic reduci apparet, cum ab Innocentio Archiepiscopus condemnatur in moderatis expensis: de qua moderatione in ipsa sentētia & executione docēdum est per monachos, & à iudice arbitrādum. Quod in praxi frequentissimū est: fit enim expensarū condēnatio, & reseruata liquidatione ipsius iudicis arbitrio. Sic ad praxim reducenda est theoria. l. Sācimus. & auth. post iusiurandū. C. de iudicijs. & l. terminato. C. de fructibus & litiū expēsis. c. cōstitutus. de ꝓducato. c. cū venissent. de eo q mittitur in possessionem. & oēs gl. vers. expēsas. in. c. finē. litibus de dolo. Et hic diuersas refert practicas Antonius. n. 14. & altius disputauit Abb. à. n. 21. Robertus Marāta de ordi. iudiciorū. 6. p. c. sententia. n. 38. & c. Iuramentū. n. 21. & ca. executio. n. 12. latè Rebuffus. 3. tomo regiarū cōstitutionū. ti. de expensis. art. 1. gl. 1. cū seq. eleganter Couar. in practi. quæst. ca. 27. latissimè Ioan. Baptist. Asinius in praxi. §. 32. c. 1. & latius. c. 2. Antonius Gabriel. li. 2. tit. de expensis. cōclu. 1. & 2. & ita hic. Innocē. optimè immoderatis expensis condēnauit, quia de moderamine in eius liquidatione constauit.

70 Neq; obstat. 10. Nihil habere cōe proprietatē cū possessione ex. d. l. naturaliter. §. nihil cōe. & d. l. permisceri qa cōtrariū multis iuris nrī principijs suadetur. Ad cuius cognitionē. 1. obseruandū est, ꝙ cū rerū dñium probare difficile sit, adeo quòd indicijs, & coniecturis probari frequētius sit. l. indicia. C. de reiuen. l. ad probationē. C. locati. Boerius decis. 42. Parisius, consi. 104. n. 100. volu. 1. & alij plures relati à Menochio de arbitr. casu. 42. & ab Octauia. in decis. Pedemont. 25. n. 6. & 27. n. 19. & ab Aluaro Valasco de iure emphi. n. 7. & 8.
71 Corrasio Miscelan. li. 6. c. 20. oēs in d. §. nihil cōe & inde quatuor, quæ probari oportet cōgessit gl. verbo in vacuā. in. l. cum res. C. de probatio. vbi
72 oēs & relati à Menoc. Valasco, & alijs sup. Qua ratione iurecōsult. preceptū est, agentē aliquo remedio possessorio, rem persequi, vt eius possessionē obtenta, probandi dominij onus in aduersarium transferat. l. is qui destauit. 24. l. qui petitorio.

39. ff. de reiuend. l. exitus controuersiæ. 36. ff. de acquirenda possess. quod hic euenit: nam, vt ex text. principio liquido constat, coram episcopo Veronensi delegato, possessorio actum fuit dictaq; de possessione sententia, archiepiscopus quasdã possessiones fuit cõsequutus: vñ trãslata fuit probãdi dominij difficultas in ipsos monachos, qui petitorio contra archiepiscopum coram eodẽ delegato egerunt: archiepiscopus iurisdictionẽ declinauit, allegans causam esse distinctã & separatã, vt diximus in principio, & statim repetemus.
73 Secundo obseruandũ est, respectu illius dominij, & proprietatis possessionem adeo facilem & tempore & probatione, reputari, vt cõstat ex d. l. exitus, & d. l. qui petitorio, quod momẽtanea re-
74 putetur. l. vnica. C. si de momẽtanea possessione. l. momentaneæ. C. illegitimam personam ex quibus proditus textus in ca. 1. de causa possessionis & proprietatis, & glossæ, & communis ibidem. Qua ratione, à possessionis sententia non appellari rescriptum est in. d. l. vnica. licet iure pontificio
75 contrarium probet ex. c. si. de iudicijs. Et Iure ciuili non admitti appellationẽ, probat. l. fi. ff. de appellatio. recipiendis. l. quisquis. C. quorũ appellationes non recipiantur, & d. l. vnica. vbi glo. vers. momento. & ibi cõmunis. glo. 1. & cõmunis in. d. c. 1. secundũ relatos à Rolando Valle, consil. 77. vol. 2. elegantissime ab Octauiano in decis. ped. 25. &
76 à Iosepho Ludouico decis. Perusina 20. Cõtrariũ tamen imo & Iure ciuili appellationem admitti, ex. l. sciendum §. si fundum. ff. qui satisdare cogãtur. probat Bartolus in. l. 2. n. 6. ff. de appellatio. recipiendis communis secundum Augustinum Beroium. q. 44. n. 43. Couar. in pract. quæst. c. 23. n. 8. Menoch. de recuperanda possess. reme. 9. nu. 32.
77 In qua difficultate recepta conciliatio est, priorẽ obtinere in possessorio summario, posteriorem in plenario. Summarium dicimus, quãdo de sola detentatione, quam dicimus, Interim, vel, Tenutã, agitur: plenarium quando de ipsa vera possessione agẽdum est. Vtrumque explicant Couar. Menoch. Octauia. & Iosephus Ludouicus de illorũ
78 iurium interpretatione, late disputantes. Iure autem pontificio frequentissima est appellatio, non tamen ex cap. fi. de iudicijs. quia neque ex litera, neque eius originali deprehenditur, quamuis à glo. 1. in. ca. 1. de causa possessionis allegetur, bene tamen probatur ex. c. cum ad sedem vbi glo. ver. interdictum de restitutione spoliatorum. & hic tex. elegãs in Clemen. vna. de causa possessionis, & in Clemẽ. vna. de sequestratione possessionis, & fructuum. In quo omnes cõueniunt supra relati præter Menochium sibi contrarium de adipiscẽda. rem. 4. nu. 840. cũ sequen. Iure regio frequẽtior est appellatio, & licet antea prius de illo summario, Quod dicimus. Interim, vel Tenutam, postea de plenario possessorio ex. l. 28. Mantua. Carpentanæ siue Madricij, & pragmat. 42. §. 31. hodie quoad tenutam in adipiscenda maioratus posses-

79 sione supremæ curiæ regia cognitio est, formaque præscripta. l. 8. 9. & 10. titu. 7. lib. 5. Compilationis: & sententia in tenuta & possessione summaria, obtinet etiam in plenaria: & solũ proprietatis quæstio Iuridico conuentui, Idest, regiæ cancellariæ retinenda est, vt in prædict. ll. & in quotidiani vsu.
80 Tertio obseruandum est, causas inter se continentes diuidendas non esse, vt docuit Constantinus in. l. nulli. C. de iudicijs. possessionem tamen & proprietatem sese contingere respondit Vlpianus. in. l. liberis. 7. §. fi. ff. de liberali causa. & ideo ne causæ continentia diuidatur, cogniturum de vna, de alia cognoscere, & faciliori causæ expeditioni conuenit, & ad excusandas partibus expensas aptius est, vt considerauit text. in. c. 2. de causa possessionis, & proprietatis. Cum verò proprietatis probatio durior & possessionis leuior sit, ex d. l. exitus. & d. l. qui petitorio. possessio reputatur proprietatis præambulum, siue præparatoriũ, vel, vt dicunt nostri, antecedens quasi necessariũ: ideo cogniturо de proprietate de possessione prius cognoscere, possessionis naturam postulare pro-
81 bat. l. si de vi. 37. ff. de iudicijs. d. l. exitus controuersiæ. l. ordinarij. C. de reiuendi. l. incerti iuris. C. de interdictis. c. 1. 2. & c. cum dilectus. de causa possessionis. c. significauerũt. 36. de testibus. & ideo vtriusque causæ vnum iudicem esse oportere, ad causæ exitum, expresse rescriptum est. d. l. ordinarij. & in. d. l. incerti. Ex quibus traditio vulgaris est, præparatorij & præparati idem esse iudiciũ, vel ex cõmuni rosolutione in rubr. C. de eden. & in rub. supra, de iudicijs. vel ex noua Menochij interpretatione, de arbitrarijs. casu. 37. n. 7. & 8. & hoc docuit text. in. d. ca. 1. de causa posses-
82 sionis. momẽti enim relatio, ad possessionem pertinet, vt ibi omnes probant, & Cuiatius obseruationum. lib. 1. c. 20. & lib. 2. c. 35. Menochius de arbitra. casu. 72. n. 18. Ex quibus iuribus apertè conuincitur noua doctissimi & subtilis Cuiatij inter-
83 pretatio. d. lib. 2. ca. 35. non esse de necessitate, sed de voluntate. & ita iudicem ad id compellendum non esse. l. non quidquid. 40. ff. de iudicijs. quem Menochius. nu. 9. improbat, ex ratione. ca. 2. illo tit. scilicet, ad ius publicum pertinere. Sed melius conuincitur ex integra illius. ca. 1. in qua Gregorius lib. 7. epistolarum, epistola. 98. alias. 100. Antonius Augustinus veterum, colla. 1. & in notis ad illum text. Secundò quia in originali. d. l. nul-
84 li. diuidentem supra rei portione multari constat ex. l. 2. tit. 18. lib. 2. C. Theodosiani. & à causa cadere docet. l. 1. §. fin. C. assertione tollenda. quæ licet in causa libertatis illud disponat, vt generaliter obtineat opinatur. glos. in. l. nemo. verbo, auxilium. C. de iurisdictione. à pluribus recepta. Quod vtique falsum est: hodie enim nunquam temere litigantem pro arbitrio duntaxat puniri significat Constantinus in dict. l. nulli. & videtur probare Iustinianus ex originali, quod agnouit.

agnouit glo. fina. in c. ex tenore supra de rescriptis. & communi ibidem, & Iasson in d. l. nulli. nume. 20. & relati à Menochio. d. casu. 37. nume. 1. vbi latè summa. Itaque interpretatio sit, iudicē etiam inuitum de possessione, & de proprietate cognoscere ex. dd. iuribus & rationibus, glo. versiculo, sub vno. & communis Baldi, Abb. Annaniæ & Alciati. nume. 3. in. d. c. 1. plures refert Menochius de recuperanda reme. 15. nume. 216. & de arbitra. quęstio. 37. & dict. casu. 371. Octauianus in decis. ped. 78. numero. 5. & idem. & Iosephus Ludouicus, vbi supra. & ita interpretanda sunt prædicta iura.

His ita cognitis, & obseruatis, non obstat decimum argumētum ex dict. §. nihil commune. & d. l. permisceri. quia glo. 2. in. d. c. 1. & ibi omnes supra. & Menochius. d. casu. 371. nume. 5. respondent, non procedere, quia censentur vnum continēs, quod diuidi nō debet, ex. dd. legibus. Sed nō placet, nec difficultatem tollit illa explicatio, quia repugnant esse vnum continens ex illis legibus, & nihil cōmune habere, vt in dict. §. nihil

85 commune. Quare verior est sensus Iureconsultū in dict. §. nihil cōmune, diuersa ad separatā causam vti ratione, quasi dixerit non esse idem, nec vnā vtriusque causam, ac proinde qui cępit agere reiuendicatione nō prohibetur agere inter dictum vnde possidetis, quia non videtur illi renūtiasse, nec vno aliud continetur: qua tamen ratione id fiat longiorem exigit disputationem ad reducendas tot interpretum ambiguitates, vt dixi in cap. pastoralis de causa possess. sat est Iureconsultum ibi, quoad propositam facti relationem respondisse nil habere commune, vt vnius propositione alteri nondum in iudicium deductę renuntiasse videri, & ita arceantur tot opinionum fluctus à repetentibus in illo text. & in alijs per tantas vigilias excogitati: non tamen inde negatur possessionem & proprietatem se se cōtingere, & ita ne vtriusque continentia diuideretur rectè Episcopum Veronensem qui de possessione cognouerat ad proprietatem pro iudice se gerere, sed repugnat huic interpretationi vndeci. argumentum, vt ex eius disputatione constabit.

86 Non obstat vndecimū ex. d. l. si de proprietate. C. si à non competenti iudice, quia Baldus ibi Abb. & Mantua. in ca. pastoralis, de causa possessionis quinque intellectus illi assignant: ad verioris tamen cognitionem constituo quæstionē esse cōtrouersam: an illa propositio possessionis & proprietatis vnum oportere iudicem esse obtineat, tam in ordinarijs, quam in delegatis, & obtinere suadet illa ratio esse causas contingentes, & continentiam diuidi nō debere ex. l. liberis. 7. §. fina. de liberali caus. l. ordinarij. C. de re vendicatione. l. incerti iuris. C. de interdictis. & ex cap. 1. de causa possessionis, in cuius integra Antonij Concij, & Antonij Augustini qui hoc in notis aduertit etiam delegati continentur.

Tertio, eleganter hoc probat noster textus, in principio, Bonæ memoriæ Celestinus, vbi Episcopus Veronensis, postquam de possessione sententiam dixit de proprietate cognoscebat. glos. versiculo, requisitus. in capit. pastoralis, de causa possessionis communis, secundum Abb. nu. 10. Mantuan. num. 21. Casadorum decisio. 12. num. fina. de causa possessionis, Bolognetū in. d. §. ni-

tio postulabat: dissipationis enim periculum se-
questrationis prohibitioni præstat, quod cum in
ecclesia non immineret fructuum & non eccle-
siæ sequestratio fit, ita interpretādus noster tex.
ex qua ratione.1. deducitur in nostra Rubrica be
ne immobilium & mobilium sequestrationem
comprehendi siquidem verbo possessionum im
immobilia verbo fructuū mobilia amplectitur,
& de immobilibus apertè probatur in.c.1. de mo
bilibus hic & in.c.fin. infra qua ratione improba
mus Iasonis opinionem in.l. si fidei iussor. §. fi.
nu.8.&.31. affirmantis in re immobili non cade-
re sequestrationem, cuius contrarium iure verius
16 est, vt diximus ad rubricam.nu.3. vnde in re mo-
bili & immobili frequenter fieri satis constabit
ex disputatione.1. argumenti.

Secundo ex ead. ratione deducitur dissipatio-
nis periculum iustam causam esse ad violādam
sequestrationis prohibitionem, vt latius resol-
uendum ad.1. argumentum.

Tertio ex ead. ratione deducitur sequestratio
17 ne huius tex. fructus naturales & ciuiles compre
hendi, omissa enim illa toties agitata disputatio
fructuū naturalium & ciuilium & industrialiū,
& tot antinomiarum cōfusio ex.l. bonæ fidei.27.
ff. de acquirendo rerum domi.l. fructus.45. & in
l. qui scit, vers. porro. ff. de vsuris, de quibus alias
non semel disputaui in.c. grauis de restitutione
spoliatorum fructus eos dicimus qui supersunt
18 deductis expensis.l. si à patre.39.§.fi.ff. de petitio
ne hæreditatis.l. fructus.7. ff. soluto matrimonio
c. ad nostram el.1. de iureiurando cum vulgari-
bus.l.6.tit.8.l.29.&.40. tit.28. par.3. glo.1. hic &
plures relati à Couar. resolutionum lib.1.c.3. nu.
3. Naua. in manuali.c.17.nu.25. latissimè Meno.
de recuperanda possessione remi.15. à nu.574.&
de arbitra. casu.210. Octauianus in decisione pe-
demōtana.82.&.83. Iosephus Ludouicus in deci
sione perusina.33. cum sequenti naturales sunt,
qui ex ipsa re sine hominis cura vel saltim immo
dica producūtur.l. fructus.45.ff. de vsuris.l. silua.
30.ff. de verborum significat. d.l.39. partitæ indu
striales vbi præstat omnis industria vt in.dd. legi
bus & insequētibus ciuiles sui natura fructus nō
sunt, sed.l. interpretatione ita accipiuntur domo
rum pensiones nauium & iumentorum condu-
ctiones vsuræ ex mutuo mancipiorum lucra quā
separatione accipiuntur iure consulti dicentes
fructuum vicē obtinere licet re vera fructus non
sint.l. mercedes.29.ff. de petitione hæred.l. si na-
uis.62. in prin.&.§.fi.ff. de rei vēdicatione.l. vsu-
ræ.34.l. prædiorū.36.ff. de vsuris.l. vsura.121.ff.
de verborum significatione, vbi post Bartholum
in.l. ex diuerso.ff. de rei vendicatione, & alios in-
finitos latissimè Rebufus & Veroius in.d.c. gra-
uis, sed exquisitè Menochius Pedemōtana & Pe
rusina vbi su. ex qua cognitione sunt ita explicā
da quæ in hoc tex. & in.c.fi. de fructibus repetē-
da sunt vt subiectæ materiæ ratio postulauerit, &
ita Abb. in.d.c.fi. infra nu.3. animaduertit quod
quādo appellās fructus dissipat nō sequestratur
illa res de qua agitur, sed tantū fructus vnde ipse
appellās in possessione remanet, & tūc significat
fructus naturales & ciuiles & industriales cōpre-
hendi, at si non agitur de re producente natura-
les, sed de prædijs vrbanis mancipijs nauibus e-
quis & similibus tunc fit sequestratio duntaxat
ciuilium scilicet pensionum mercedis vecturæ &
cætera ex text. in.c. quoties el.2.25. in ordine.2.
quæstio.6. vbi expressum est & Abbatem rece-
ptum esse probat Marcus Antonius nata consil.
584. num.3. in.3. par. consiliorum, vt etiam repe-
tendum est in.d.c.fi. ex qua interpretatione in-
telligendus etiam noster tex. est cum enim super
ecclesia de Vetusia contētio fuerit & in ea decre
ta missio fuisset monachis fructus dissipātibus
sequestrationem fieri ius est, & cum nō in eccle-
19 sia, sed in fructibus debeat fieri & ecclesia fruct⁹
naturales industriales & ciuiles habere possit
quoad omnes sequestrationē fieri vera interpre-
tatio est, quia rei subiectæ ratio ita postulat iuxta
superiorem interpretationem quæ obstat nō so-
lùm in perceptis, sed etiam in pendentibus Bart.
in.l.fi. de requiren. reis. Tiraquelo post leg. conu.
glo.2.nu.11. & ita accipienda est decidendi ratio,
cui non obstāt in contrarium adducta pro ratio-
ne dub. quibus sigillatim satisfaciendum est.

20 Non obstat.1. sequestrationem sui natura infe
stam esse, & inde in vniuersum prohibitam ex
l. vnica. C. de prohibita sequestratione.l.2. C. de
probatio.c. volumus.16. quæstione.4. ca. nō ne.
8. quæstione.4. ca.1. ver. in eum statum.l.1. tit.9.
pa.3. & rationibus cumulatis in ca.1. ad rationē
decid. su. isto. tit. hæc tamen regula tot iuribus &
rationibus confirmata, tantisque probata autho
ritatibus nō absque argumentis & iuris admini-
culis improbatur & in totum conuertitur seque
strationem scilicet regulariter iure concessam
sup.l.1.l. apud quem.5.§.1.l. propriè.6.l. licet.17.
ff. depositi.l. interesse puto.39. ff. de acquirenda
posse.l. imperatores.21.§. ijdem rescripserunt.ff.
de appellatio.l. si fidei iussor.7.§. satisdatum.ff.
qui satisdare cogantur.l. fin.§.fi. C. quibus ad li-
bertatem proclamare non licet.l. senatus consul-
to.ff. de officio præsidis hic & in ca.fi. infra & in
clementina vnica isto titu. & in alijs relatis à gl.
fi. hic & in.d.l. vnica, & in.d.l. imperatores, & in
d.l. si fidei iussor cum infra referendis eāq; limi-
tari regulam in pecunia vt in rubrica, &.d.l. vni
ca.

ca. C. de prohibita sequestratione pecuniæ nec pecuniæ duntaxat imperatores ibi Honorius, & Theodosius mentionem fecissent si sequestrationem in vniuersum prohiberet sed in pecunia prohibetur quia in ea negari non potest quin ius magis singulare versetur siquidem & eius vsus & natura sequestrationi repugnant & possessio si consumatur nullam vtilitatem afferat. l. 2. C. de vsufructu earum rerũ quæ vsu consumuntur. Militibus
21 19. C. de agricolis & censitis lib. 11. & ita illam rubricam in sola pecunia intelligi & mens. & litera. d. l. vnicæ significant & ita intelligit Rebufus in l. pecuniæ. 4. fol. 173. ff. de verborum significatione & ex his alijsque fundamentis communem regulam limitationem facit & ex limitationibus regulam conficit scilicet sequestrationem regulariter permissam esse Ioannes Robertus receptarum sententiarum libr. 1. cap. 5. inde restringens rubri-
22 cam & l. vnicam. C. de prohibita sequestratione pecuniæ in sola pecunia intelligi.

Cæterum cõmunis regula facili negotio à Ioãnis Roberti impugnationibus defenditur. 1. ex iuribus, & rationibus sup. adductis in c. 1. ad rationẽ decid. 2. ex d. l. vnica in qua imperatores non solum lege sed, & ratione sequestrationem prohibent vt ex illis constat verbis, C. quoties ex quolibet contractu pecunia postulatur sequestrationis necessitas conquiescat: oportet enim debitorem 1. conuinci, & sic deinde ad solutionem pulsari, quam rem non tantum iuris ratio sed & ipsa æquitas persuadet vt probationes secum afferat debitoremque conuincat pecuniam petiturus) sic hæc. l. aliquibus mutatis sumpta est ex libro. 2. titulo. 28. l. vnica. C. Theodo. aparet itaque, & lege, & iuris ratione, & ipsa æquitate sequestrationem prohiberi, & ita plane constat eo argumẽto quod si quã. l. sequestratio probatur ratio quare admitti debeat ibi exprimitur vt in dict. leg. si fideiussor. 7. §. si satisdatum. ff. qui satisdare cogantur, lege imperatores. 21. §. final. ff. de appellatio hic in capitulo final. infra, & in capitul. 1. supra vbi quia pro libito Celestinus sequestrauit Innocentius reuocauit, & ex clementina, vni. isto titulo, & apud nos aperte docuit, leg. 1. titulo. 9. part. 3. ex quibus & alijs sequestrationem in profanis, & in ecclesiasticis rebus mobilibus, & immobilibus iuri, & rationi infestam esse aperte constat, & ideo regulariter prohibetur nisi specialis ratio contrarium postulauerit vt probant omnes congesti ad rationem decidendi in dict. capit. 1. & statim referendi in casuum enumeratione nec obstant rationes quibus Ioannes Robertus deceptus fuit quarum princeps est pecuniæ possessionem si consumatur nullam vtilitatem afferre, dict. l. 2. C. de vsufructu earum rerumque vsu consumuntur quia pecunia ad vsum, & hominum commercia instituta contra sui naturam sequestro datur quia respõdeo quòd licet singularis ratio versetur magis in prohibenda pecuniæ sequestratione non tamen iisdem negatur in alijs rebus prohiberi ea enim ratione deficiẽte sunt alijs in rebus perplures rationes ad prohibendam sequestrationem sufficientes vt diximus ad rationem decid. in ca. 1. supra.

Neque obstat verbum pecuniæ nominatim
23 expressum cetera excludere quia verior interpretatio est non ad numum sed ad omnia mobilia, & immobilia pertinere: omnia enim pecuniæ appellatione comprehendi iure statutũ est. l. pecuniæ. 4. leg. rei. 5. leg. pecuniæ. 178. leg. pecuniæ. 222. ff. de verborum significatione. leg. penultima. C. de constituta pecunia eleganter Augustinus in cap. totum. 1. quæstio. 3. cuius verba sunt (totum quidquid homines habent in terra omnia quorum domini sunt pecunia vocatur seruus vas ager arbor pecus quidquid horum est pecunia dicitur ideo autem pecunia vocatur quia antiqui quod habebant in pecoribus habebant) & ita Alciatus Rebufus in dict. legibus Vrisonius Verrucius de verborum significatione. libro. 4. versiculo pecunia, & dict. leg. vnicam generaliter omnibus in rebus sequestrationem prohibere docent ibi Odofredus Bartol. Baldus Albericus Curcius, & relati in dict. cap. 1. ad rationem decid. & statim allegandi
24 & ita intelligendam esse firmat Rebufus in dict. l. pecuniæ. 4. foli. 173. & ita obseruandum est communem regulam sequestrationem prohibentem veriorem esse ex qua interpretatione necessarium consequens est quod is qui in fori disceptatione sequestrationem fieri petit debet de causa nomina-
25 tim docere quod si in probatione defecerit repelletur vtique ex frequentissima omnium sententia: stat itaque regula sequestrationem sui natura infestam, & prohibitam esse à qua regula aliqui excipiuntur casus congesti à gloss. verbo satisdatio in dict. §. si satisdatum, & final. in dict. leg. imperatores. § fini & versiculo sequestrationis in d. l. vnica, & latius hic glo. versi. sequestrari & latissimè Abb. & plura Iason in d. § fin. satisdatũ à nu. 27. Corrasius Miscellaneorum lib. 3. ca. 2. l. 1. ti. 9. par. 3. quos singulos propter praxis frequentiam referre curaui nostræ gl. & Abbatis ordinationem in eorum enumeratione sequens.

26 Prior itaque casus est propter fructuum dilapidationem rectè sequestrationem fieri, & ita Honorius. 3. aperte hic respondit, & Gregorius. 9. in capitulo finã. gloss. verbo sequestrari & Abba. n. 7. in 1. casu, & ita probant Speculator. titulo de sequestratione. numero. 6. Baldus in d. leg. si fideiussor. numer. 2. Imola. in capitul. fin. infra, & infra referendi qui omnes simpliciter vtrumq; Honorij, & Gregorij responsũm coniungunt cum tamen prorsus separata, & diuersa videantur quoniam hic cum in ecclesia missio facta fuisset propter rectoris contumaciam monachis fructus dissipantibus nec missio reuocanda erat durante rectoris contumacia nec fructus ita dissipari ratio-

tioni consentaneũ erat ac proinde fructus sequestro dari optime Onorius respondit at in ca.fin.sequestrationẽ fieri singularis ratio in causa appellationis suadet vt significat text.ibi rationabiliter
27 & docuerat Papirius in d.l.imperatores.21.§.fi.ff. de appellatio.tunc enim vehemens contra reũ oritur præsumptio quæ non obtinet in causa principali prioris instantiæ vt agnouit cõmunis Ioãnes Andreas, Antonius, & Abba.n.5.in.d.ca.fin.Alexander consil.163.numero.1. volumi.6. cappella Tolosana decisione. 476. Paulus Pari. consil. 41. numer.4.volumine.1.vt latius in dict.capit.final. quæ sententia verissima est vbi sola proponitur disipatio at si vltra illam probabilis esset suspicio quod reus disipans nõ esset soluendo fieret sequestratio propter hanc suspitionem iuxta priorem opinionem extra appellationis causam ex dict.l. si fidei iussor.§.final.ff.qui satisdare cogantur cũ alijs adductis per gloss. hic vers.sequestrari & Ab
28 bat.numero.19.& in capitulo final.numero.7. aufredius ad Tolosana.supra Rebu.3. thomo. titulo de sequestris articulo.1.gloss.2.numero.6.Maranta.6.parte.capitulo de appellatione.numero.177. cum alijs allegandis ad capitulo.fin.in ratione decid.cui resolutioni repugnat noster text. in quo propter solam disipationem siue sit soluendo vel non sequestrum conceditur sed responderi potest in nostro text. non agit de reo disipante in quo vrget ratio.l.vnicę, sed agitur de actore in possessionem rei petite custodiæ causa misso qui cum non possessor sed custos sit vt supra & fru-
29 ctus reo cauenti restiturus sit meritò si fructus consumpserit nedum si disipauerit fiet illorum sequestratio vt Onorius respondet quem intellectum aperte probat hic Abba.numero.7. dicens nostri text.responsum obtinere in quocumque casu in quo quis debet alteri fructus seruare vnde si ad id non teneretur disipantem suspectum esse quod efficiatur non soluendo necesse est,& ita praxi recipitur vt prouauimus in dict.capite final.vbi Abba.numero.7.prosequitur quo modo de disipatione vel suspitione docere debeat sequestrum petens & hic numero.6.Marcus Antonius,nata.cõsilio.584.Menoch.dę arbitra.casu.87.vt latius in dict.cap.fin.
30 Secundus casus est quando ab executore appellatur tunc enim in rebus in mobilibus sequestratio fit etiam quoad fructus.l. ab executione.C.quorum appellationes non recipiantur. gloss.hic & Abbas numero. 8.2. casu Corrasius. dict.capitul.2,numero. 9.2.casu & communis in quo illud singulare est quod quando à iudice appellatur nisi fructus de popularentur sequestratio non fit.l.imperatores.21.§.fina. ff. de appellatio.capitu.fin.infra at vero quando ab executore interponitur appellatio absque alia disipationis probatione fructus sequestrantur in dict.l.ab execution quod ea ratione factum est quod cum

ab executore appellationem non admitti regulare sit.d.l.ab executione.capitu.ei qui.§.ab executore.2.quę.6.cap.super quęstionum.§.non etiam de officio de legati.cap.quoad consultationem de re iud. quoando appellatio interponitur præsumitur malitiose ad differendum appellari & ideo si de remobili agitur res ipsa sequęstro datur si dę immobili fructus sequestrantur at in appellatione à iudice cessat præsumptio siquidem omnibus permissa est vt per totum .ff. &.C. & capitulo.1.compluribus sequentibus.2.quęstio.6.& infra de appellatio.ac proinde nisi disipentur non fit sequestrum vt in d.l.imperatores.§.fina. & in dict.cap.fina.vbi dicendum est & in clementina vnica isto titu.
31 Tertius casus est cum persona à qua respetitur mobilis suspecta est tunc rectè sequestrationem fieri docuit iureconsultus in .d.l.si fidei iusor.7.§. si satisdatum.ff.qui satisdare cogantur tunc enim habita fugæ notitia recte sequestratio fit sicut enim debitor de fuga suspectus propria authoritate apprehẽdi potest.l. ait prętor. 10.§.si debitorẽ. ff.quæ in fraudem creditorum ita facilius præmissa fugæ cognitione propter periculum sequestro rem dari equum est ex.d.§.&.l.si creditores.15.ff. de priuilegijs creditorũ & ita glo.verbo sequestrari hic & Abb.3 .casu & omnes glossæ supra allegatæ & in.d.l.vnica omnes secũdũ Odofredũ Alue. & Curtiũ in d.§.si satisdatum.Bartolus, Baldus. Alexander, Iasson,à num.9.&.27. Orozco.nu.1. Corrasius.d.li.3.ca.2.nu.9.1.casu, Vero. in.capit. quoniam contra num.106.de probatio.Sabastianus, Monticulus in tractatu de inuentario. ca. 10. n.344.& infra referendi & ita pro. 1. causa scribitur in.d.l.1.tit.9. par.3. quod adeo procedit quod sine partis citatione sequestratio fit cum enim propter rei periculum ne à fugitiuo auferatur vel alienetur sequestrationem fieri ius est vt in. d. §. si satisdatum & d.l. creditores & aperte in d.l.partitæ si parti per citationem denuntiaretur fugam
32 potius arriperet & ita Veroius & alij supra & mõticulus conueniunt vnde celebre est quod Angelo tribuitur transeuntes propter fugæ periculum vbi reperiuntur suspecti à iudice alias in cõpetẽti vt rẽ dimittant vel satisdent cõpelli & ad hoc esse celebrẽ tex.in d.l.si fideiussor.§.si satisdatũ dicũt ibi Angel.Pau.Ias.n.1.Abb.in.c.fin.n.43.de foro cõp.Pala.Rubios in repe.c.per vestras.1.not.à nu. 2.Xuar. in.l.2.tit. de los emplazamiẽtos versiculo sed attẽde.n.4.li. 2. fori Coua. varia resolu.li.2.c. 1.à.n.1.& c.20.n.14. quãdo aũt suspectus dicatur difficile est & vulgaris gl.in de.§.si satisdatũ verbo officiũ quatuor refert causas & ibi ab omnibus supra recipitur secũdũ Ias.n.9.&.11. Oroz.n.1.Abba.n.9.Xuar.vbi su.curtiũ de sequestris n.33.Corra.su.d.1.cas.n.9.sed periculũ est an quelibet causa de per se sufficiẽs sit & quãlibet sufficere docuit Bar.ibi & cõmunis secundũ Iass.n.25.Oroz.n.1.
Vnde

33 Vnde si de fuga suspectus immobilia nō possideret sequestrationi locū esse argu. l. sciēdū. ff. qui satisda re cogantur docuit Bar. in. d. §. si satisdatū. Abb. & Corras. vbi suprà. quod plures negant nisi alia suspicio adijceretur. Ita aduertit Bal. ibi. Curt. & Corras. alij in. 3. sunt opinione, iudicis arbitrio relinqui, & ita probari ex. d. §. si satisdatū. ibi si hoc iudici sederit, & gl. ibi Xuarez vbi supra. & Greg. in d. l. 1. tit. 9. par. 3. Guillelmus Fornerius selectionum. lib. 3, c. 12. plura Tiraq. de pœn. tēperādis, causa. 51. nu. 41. Menoch. de arbitr. casu. 87. nu. 10. vbi latissime Menochi. rem prosequitur. Cęterum si cū iudicio ille tex. consideretur iudicis arbitriū nō refertur ad suspitionē sed ad sequestrationis modū, tex. verba sunt, Si satisdatū pro re mobili non sit ex qua satis desideratur apud officiū deponi debebit si hoc iudici sederit donec vel satis detur vel lis finem accipiat. Hactenus Vlpian. ergo illa verba si hoc iudici sederit non referuntur ad sequestrādum vel non, sed ad hoc vt apud officiū, vel apud aliū idoneū sequestratio fiat: & ita subtiliter tētauit Accursius ver. & deponatur in. l. senatusconsulto. 17. ff. de officio præsidis. & eleganter affirmat Fulgos. in. d. §. si satisdatum. vbi etiā Alex. nu. 10. cōtra superiorē opinionē asserit iudici non relinqui vt sequestrationem faciat vel nō cum lege determinatum sit. Sed à communi recedēdum non est, quam & frequentissima praxis cōfirmauit posset enim iuxta debitoris cōsiderationem iudex arbitrari quantitatis subiectum non pati debitori eam iniuriam irrogari, vel vt ait Orozco nu. 5. forsan actor debitoris personam approbaret cuius approbatione suspitio purgaretur possentque plures contingere casus in quorum consideratione prudētem iudicem arbitrari ęquius est, quod etiam extenditur ad rem immobilē quæ si petatur & possessor suspectus sit quia fructus sequestro darentur ex. d. §. fi. Ioānes Monachus in regula locupletari à nu. 3. de regul. iuris in. 6. Archidia. c. quia res. nu. 4. 11. q. 2. Gregorius Lopez in. d. l. 1. part. verbo persona. Monti. d. nu. 345. cessaret tamen in vtroque casu sequestratio per satisdationem, vt in. d. §. si satisdatū, & in. d. l. senatusconsulto. sed de hoc in inferioribus casibus. & ad 4. argum. quæstio est.

34 Quartus casus est, si de dilapidatione timetur tunc enim sequestrationem recte fieri docuit iure consultus in. l. Imperatores. 21. §. fi. ff. de appellat. l. 1. titu. 9. par. 3. causa. 3. gl. Odofredus, Alber. in. d. l. vnica. & in. d. §. si satisdatum. & in ead. l. Imperatores, §. fi. & in. c. fi. infra. & in. d. Clemētina, gl. hic casu. 4. & Abb. eod. nu. 10. Corrasi. li. 3. c. 2. 6. casu. nume. 10. Gregorius in. d. l. 1. verb. desgastara. Marcus Anto. Nata. cōsi. 584. 3. p. de quo in. d. c. fi. vltra tradita ad primum casum agendum est.

35 Quintus casus est, si aliquis ad libertatem proclamauerit vel ad seruitutē redigitur, eius enim peculium apud sequestrem deponitur donec litis euētus dominū declaret vel neget. l. 1. §. super peculio. C. de assertione tollenda. l. fi. §. fi. C. quibus ad libertatem proclamare non licet. l. vltima. C. de ordine cognitio. l. 1. titu. 9. par. 3. 6. casu. glo. hic. & Abb. 5. casu. nu. 10. Corrasi. lib. 3. c. 2. 3. casu. nu. 9. glossæ & cōmunis in. d. l. vnica. & in dictis legibus. Didacus Perez in. d. l. 1. colum. 1137.

36 Sextus casus est, si colonus possessiones voluerit deserere conductas sequestrationē recte fieri agnouit gl. hic. 6. casu. ex. l. vltima. C. de agricolis & censitis lib. 11. sed reprehenditur à Ioanne Andr. & Abb. 6. casu. nec. in d. l. vlti. quam gl. allegat illud probari potest ideo ipsi ita factum proponunt, quod si colonus negat pensionē in cuius solutione diu iam cessatum fuerit tunc sequestro locus est tex. in. l. litibus. 19. C. de agricolis & censitis lib. 11. verum Corrasi. lib. 3. c. 2. 5. casu. num. 9. aliter proponit, scilicet, cum inter dominum & colonū est de dominio rei controuersia & colonus recusauerit de restituendis fructibus satisdare, fructus apud sequestrē deponi debent. Quod elegāter probat Iustistinianus in. d. l. litibus in principio. & in. §. si autē. iuxta vtramque autem speciem grandem includit difficultatem ex. l. conductionis. C. locati. vbi traditur conductorem domino locatori dominij quæstionem referri non posse nisi prius possessionem restitueret & deinde super proprietate disceptandum foret: in quorum iuriū interpretatione plura interpretes nostri tradiderunt & eleganter Decius consi. 28. nu. 3. & consi. 56. nu. 4. Corras. d. lib. 3. c. 2. 5. casu. nu. 9. & 10. Matthæus Afflictis decis. 12. & 14. nu. 8. Petrus Estella in. l. repetitio. nu. 27. & 53. ff. de cōdictione indebiti. Hieronymus Cagnolus in. l. neq; pignus. nu. 5. ff. de regulis iuris. Ioannes Scefalus cōsi. 47. nu. 38. volu. 1. quorum omissa disputatione ita difficultatē accipio. tex. in. d. l. siquis cōductionis. ex magis cōmuni doctorum sententia obtinere, quando de locatione satis constat, colonusque locationem nō diffitebatur: qua in specie rationi consentaneum est nō posse dominij quæstionē domino referri nisi prius possessionem restituat, at in. d. l. litibus. colonus negabat se à domino rem habere neque aliter de locatione, quam ex domini assertione cōstabat, quo casu dominij quæstio recte domino referri potest, & tunc Iustinianus formam eleganter præscripsit faciēdi sequestrum, quo autem modo probari possit expressum est in. l. cū scimus. 21. C. de agricolis & censitis lib. 11. cuius intellectum prosequitur Alua. Valascus de iure emphiteo. q. 37. & q. 9. à nu. 7. hæc itaque quęstio inter dominum & colonum causam potest sequestro dare.

37 Septimus casus est, si maritus ad inopiam deueniret dos sequestro datur ex. l. si constante. 25. ff. soluto matrimonio. l. ubi adhuc. C. de iure dotium. & in Authentico de æqualitate dotium. §. illud. collatione. 7. iuncto. c. per vestras in fine de donatio. inter virum & vxorem. d. l. 1. titulo. 9. partita. 3. 4. causa. & l. 29. titu. 11. partita. 4. gloss. & Abbas. 7. casu. Corrasi. libro. 3. capitulo. 2. casu. 7. Palacius Rubius in repetitione capit. in principio. §. 17. & 18. & idem iuris est quando maritus furore corriperetur nam tunc & sequestrationi locum esse respondet tex. in. l. si cum dotem. 23. §. si autem. versiculo, si vero. ff. solutu. matrimonio. Hodie in vtroque

C casu

casu praxi receptum est dotem ad annuos reditus redimibiles, vulgo al quitar, frequenter dari vt latius dixi in. d. c. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem,

38 Octauus casus est, si tanta foret viri sæuitia vt aliter vxori caueri non posset, tūc vxor penes locū honestum vel religiosum sequestro ponitur. c. literas. in fine de restitucione spoliat. c. ex transmissa. eod. tit. vnde reliquum est non solum rem, sed & personam sequestro dari posse vt in dictis iuribus, & in. l. si hominem in principio, & legem fi. ff. de positi gl. & Abbas nu. 10. casu. 8. & Corra. d. lib. 3. c. 2. casu. 9. & nu. 19. &. inde in Rubrica rei appellatione omnia comprehenduntur. l. omnia. 32. §. fi. de legatis. 2. l. Paulus. 29. §. fi. ff. d pigno. late Tiraquellus in. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 323. C. de reuocandis donatio. vnde Abb. & alij deducunt posse iudicem ex causa sequestrare seruum religiosum cui contra Domini sæuitiam aliter consuli non potest. Vnde eo iure accipienda est. l. 1. §. quod autem. ff. de officio præfecti vrbis, &. l. pręsenti. versiculo. sane. ibi secure. ff. de his qui ad Ecclesias confugiunt. quando autem cautione excusetur probat Palaci⁹ Rub. vbi suprà. d. §. 18. &. 3. notabili. Couar. in. 4. 2. p. c. 7. §. 5. nu. 1. Alfonsus Veracruz in speculo coniugiorum. 3. p. art. 1.

39 Nonus casus est, quando de matrimonio contenditur, & sponsam posse ab sponso corrumpi timor est, vel periculum tūc ipsa iure deponitur vsque ad finem causæ. c. cum locum. 4. de spōsalibus. de quo Couar. in. 4. 2. p. c. 3. §. 5. &. 6.

40 Decimus casus est, quando aliquid à iudicis familiari ablatum est quia tunc sequestro locus est iuxta formam. l. Senatusconsulto in fine. ff. de officio præsidis. gl. & Abb. hic. 10. casu ꝙ intelligit gl. in d. l. Senatusconsulto. verb. & deponatur, quando persona esset suspecta alias autem vsq; ad contestationem, & postea iudici venturo reseruatur. l. Senatusconsulto. Corra. 10. casu. cuius praxis est eo casu vsque ad contestationem ipsum iudicē cognitionē habere vt ita perpetuetur, & deinde vt exhibeatur & sequestro detur.

41 Vndecimus casus est, quando reus contumax esset quia propter cōtumaciā recte sequestrationem fieri probat tex. in. c. 2, de dolo & cōtum. c. 1. suprà eod. glo. hic. Abb. 11. casu. Corra. 8. casu. Iason in. l. si fideiussor. §. si satisdatum. nu. 27. 2. casu. Abb. in. d. c. 2. nu. 10. de dolo & contum. & latius resolutū est in. c. 1. ad. 4. argu. & expresse in. c. olim. 25. de rescrip. vt infrà. 20. casu

42 Duodecimus casus est, quando sentētia apud Romanam curiam lata est cuius tanta est præsumptio, vt sequestratio fiat & plura extra iuris regulas inducantur in Clemētina vnica isto tit. de quibus latius in. c. fi. ad. 1. argum. agēdum est & hic Abb. 12. casu.

34 Decimustertius casus est, quādo de partium voluntate sequestratio fit vt lite finita vincēti detur. l. interesse puto. 39. ff. de acquiren. poss. l. si soluturus. 38. ff. de solutio. l. sequester. 109. ff. de verb. signific. l. 1. tit. 9. par. 3. 1. causa. Abb. hic casu. 13. Greg. Lopez. in. d. l. 1. verbo por auenencia. Rebu. Corra. & omnes ad rubri. allegati pro differentia voluntariæ necessariæ & mixtæ sequestrationis.

44 Decimusquartus casus est, quādo frater vult me cum succedere sed conferre recusat, quod si per contumaciam non contulerit, actiones ei denegantur si non per contumaciā quia forte non potest, res apud sequestrem deponitur & ita siue per contumaciam siue per impotentiam non confert, sequestratio fit tex. in. l. 1. §. si frater. ff. de collatione bonorum. & in specie. l. hæredes. §. idē iuris. ff. familiæ herciscūdæ. gl. ver. sequestrationis. in. d. l. vnica. versi. fit &. 3. & ibi Odofredus in fine & communis glo. fi. in. d. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisdare cogātur. communis secundum Iasonem. nu. 27. Orozco in princi. Abb. hic nu. 10. 14. casu.

45 Decimusquintus casus est, si res de qua cōtenditur dilatione efficeretur deterior sequestro locus est quia præstat rem venire & eius pretium apud sequestrem deponi vt postea triumphum habenti restituatur tex. in. l. oleum. 10. ff. de dolo. & quando sunt res quæ seruando seruari nō possunt: ita docuit Iustinianus. d. l. litibus. C. de agricolis & cēsitis. lib. 11. Abb. hic. 15. casu, & omnes in. d. l. oleū, & in. d. l. litibus, quòd in praxi frequentissimum est.

46 Decimussextus est, quādo scandali timor imminēret illius enim arcēdi causa recta sequestratio erit & ita in. c. 1. suprà eod. elegās est tex. sequestrationē ob scandalum admittēs, & ita iusta fuisset sequestratio nisi præcederet missio, quod si aduerteret Abb. ibi nu. 19. non erraret noue defendens iustū fuisse ibi sequestrum contra communem opinionē, qua sequestrum iniustum fuisse, & ideo ab Innocentio III. reuocari receptius est, vt ibi resoluimus ad. 4. in fine, & ad. 5. licet enim verissimum sit scandali timorem iustā sequestrationi causam præbere, vt omnes probant & diximus ad rubricam & probat communem Iason in. d. l. si fideiussor. §. si satisdatum. nu. 27. ff. qui satisdare cogātur. Corra. d. lib. 3. c. 2. 4. casu. Rolan. cōs. 80. volu. 1. Iacobus Man. cōs. 75. q. 78. in prin. Ioan. Ancarra. q. 25. hoc tamē perpetuā habet limitationem nisi alter possideret tunc enim possidentem defendi, & in alium animaduertere & rationi congruit & ad magistratus officium pertinet & ita aperte constat ex ratione. c. 1. &. 1. supra vt lite pendente cum alijs in ratione decid. ad. c. 1. explicatis & ideo in illo. c. 1. iniustum fuit sequestrum propter iniuriam monachis irrogatā qui ex primo decreto ob Archiepiscopi contumaciam in possessionem missi fuerant ab Episcopo Veronensi & cum Archiepiscopus eos spoliasset in quem animaduertendum erat & missio magis confirmanda, tum quia magis contumax erat tum ne ex delicto vtilitatem consequeretur cōtra regulam. l. itaq; fullo. ff. de furtis. c. intelleximus de iudicijs. c. si vere. 33. de sentētia excommu. Celesti. sequestrauit pro libito voluntatis & ideo reuocatur ab Innocentio sequestrum vt diximus in. d. c. 1.

Scandali autem ratio sui natura ad faciendam sequestrationē recte procedit & ideo si timeretur ne

ad arma

ad arma partes deuenirent optima erit sequestratio. argumen. d. l. æquissimum. 17. in princip. cum regulariter scandalum arcendi causa contra receptas iuris regulas plura iure nostro admittantur extra ordinē. c. 1. & 2. de purgatione canonica. c. 2. vbi Felin. latissime cumulauit de præscriptio. & ita violatur etiam prohibitæ sequestrationis regula. Abbas hic nu. 1. casu. 16. Iason. d. n. 27 Corra. d. 4. casu. cum alijs suprà. & allegatis à Menochio de recuperāda. 1. remedio. num. 294. Boerio. decisione. 172. Ioanne Ploto de in litem iurādo. §. 3. nu. 27. & 28. Quintilianus Man. in regul. de annali. q. 43. num. 3. qua tamē in specie semper obseruandum erit iudicem prudētem cum diligentia an alter possideat inquirere & possidentem animose defendere & in scādalum inferentem animaduertere ex dictis rationibus: ꝙ si nemo possideret, vel vterq; pariter & partes ad arma parātur hac in specie optima erit sequestratio & ad hanc obseruationem reducenda est sparsa scribentium traditio, Baldi & Decij nu. 5. & 6. in. l. fi. C. de edicto D. Adria. tollen. & Pauli Castrensis in. l. si super. C. de trāsactio. Guillermi Cassadori. ad regulas Cancellariæ, decisio. 14. isto tit. nu. 12. Roland. dict. consil. 80. Iacobi Mandeli. consil. 75. & melius consil. 78. nu. 1. 2. & 3. Rebuffus. d. tit. de sequestris. arti. 1. gloss. 2. & Ioannes Ancarranus. d. q. 25. nu. 5. & Petrus Folerius ad cōstitutiones Neapolitanas. c. charitatis affectus. nu. 21. sub titul. de Episco. & clericis. hactenus casus ab Abb. hic enumeratos recēsuimus nunc alios ab alijs commēdatos ad praxim applicabimus hodiernam.

47 Decimus septimus casus est à. l. expessus quādo præcedenti similis est, primo annectitur putâ si tēpore quo militare stipendium soluitur inter militē & actuarium disceptatur, pecunia deponitur apud principem militum donec ab ipso cōtrouersia decidatur: at si miles absens fuerit ex causa militiæ legibus probata, scilicet cōmeatus quærēdi causa quā uis actuarius pictatia, hoc est breue illud instrumentū, quo debitū continetur, ita enim explicat cōis ibi & Budeus in titulo de officio quæstoris & Orozco in. l. si fideiussor. §. si satisdatum. num. 4. ff. qui satis dare cogantur. Verrucius de verborum significatione. lib. 14. versicu. pictatiū. licet inquam actuarius de debito pictatia docuerit, pecunia eo instrumento contenta apud eosdem sequestres deponitur donec milite reuerso, controuersia finem accipiat: ita rescripsit Anastasius Cæsar, licet vulgo aliter subscribatur in. l. iubemus. per hanc. 16. §. 1. in principio. & versi. super his. C. de erogatio. militaris annonę lib. 12. ꝙ notādum est inter singulare militiæ ius, cuius fauore tot iuris regulæ sæpe violantur, & ita regulā dictę. l. vnicę. C. de prohibita sequestratio. pecunię. nullo in loco proprius limitari satis cōstat quam in dicta. l. iubemus. siquidem & in ipsamet pecunia cuius vsū & naturā sequestrationi repugnare, in principio huius primi argumēti diximus Anasta. sequestrationē cōcedit, nec quidē sine prudētia: cōsiderat enim in primo casu inter militem & actuarium pręsentes actuarij ratione, & militis forsan insolentia, & soluendi impatientia posse scādalum oriri omnibus ibi iniuriam in castris autē valde periculosum & infestum, & ideo pecuniam deponi rectius est, vt ex omnibus in præcedēti casu rationibus satis expeditum est, in secundo autem casu milite iuste absente, quamuis actuarius de debito per pictatium docuerit expectandam esse iustam militis absentiā, & interim in sequestrē dari pecuniam Anasta. rescripsit, quia milites magis belli fortunis & periculo quā proprię rei cōsulere frequētius esse cōsiderauit: & ideo vel pictatiū forte confictum esse, vel si verū forsan, iam solutam fuisse pecuniam contingere posse, nec militem iuste absentem inauditum condemnare fas erat, cum neminem etiam priuatum ita damnari iura permittant. l. de vnoquoq;. ff. de re iudica. c. nos in quemquā. 2. q. 1. ca. 1. in fine. de causa posse. Clem. pastoralis. de re iudicata. quinimo nec ex crimine in actis probatô absentē damnari, & diuus Trajanus rescripserat, & Vlpia. cōfirmauit in. l. absentem. 5. ff. de pœnis. tātum abest vt in milite ex causa adeo necessaria absenti illa irrogaretur iniuria & fortassis nulla sequestrationis causa frequentior est, miles enim actuario soluens, vel insolutum præstans vix est vt pictatium ruperit vel petierit nec solutionis fidem & facile postea contra bonam fidem posse iterum ab eo exigi & ita sequestro optime datur pecunia. sic accipiendus est Bart in eod. §. super his vbi recte Ioannes de Platea, & Lucas de Pœna, & Albericus in. d. l. vnica. num. 5. C. de prohibita sequestratio. quamuis Bartol. ibi. & in. d. l. litibus. C de agricolis. lib. 11. in fine, & Baldus in. c. olim ex literis. de rescriptis. illam. l. ad casus priuatos traxerint. Quod an verum sit disputat Iason in. d. §. si satisdatum num. 12. Orozco. num. 3. & infrà dicemus interim tamen sequestrationi locus est inter milites & actuarios illa in specie absq; difficultate.

48 Decimus octauus casus est, quando in iudicio vniuersali declaratus hæres timet rerum hereditariarum distractionē in rebus quæ possunt esse hæreditariæ sequestrationē fieri ratio postulat & argu. dictæ. l. Imperatores. 21. §. fi. ff. de appellation. & l. fi. §. fin. C. quibus ad libertatem proclamare. & nostri tex. & c. fi. infrà. & ex. d. l. fi. ita ibi docuit Baldus receptus à Iasone in. d. §. si satisdatum. numero. 27. 3. casu.

49 Decimus nonus casus est quando ita iura partiū obscura sunt & confusione inuoluuntur, vt non appareat quis iure pręstet, rem apud sequestrem deponi oportet, quia tunc nulli præiudicium vtriq; vtilitas manifeste succedit, & ea ratione regulā. l. vnicæ C. de prohibita sequestra. limitari probat Baldus in dicta. l. fi C. de edicto D. Adria. tollen. receptus à Iasone in. d. §. si satisdatum. nume. 27. 4. casu. & à Decio in. d. fi. ꝙ accipiendum est iuxta rationes suprà adductas. nu. 46. casu. 16. & secūdum allegatos ibidem, & ita apud nos sæpè contingit iuxta illam Hispaniarum. l. in. c. 1. nu 79. relatam. cum enim ex. l. Tauri. 45. statutum esset possessionem ciuilē & naturalem bonorum maioratus legis interpret. in proximiorem, & à fundatore vocatum sine alio actu trā

 sire

fire non obstante quacumq; alia possessionis apprehensione vt ibi omnes, maximè Antonius Gomez in specie probant & postea Pragmatica ab illo rerū monarcha Carolo V. Imperatore, nostroq; Hispaniarum Rege inuictissimo edita Mantuæ Carpentanæ. Anno. 1543. præscribatur forma procedendi in summarijs possessorijs vulgo Tenuta q̄ sanè forma intra. 50. dies omnes sua interesse putantes de iure docere debent & dicta in illo possessorio sententia executioni mandatur, ꝙ si à partibus supplicatum fuerit intra. 40. dies nulla causa prorogabilis acta concluduntur & pronuntiatio obtinet solum quoad tenutam & de possessione & proprietate cognoscendum erat apud conuentus iuridicos, idest regias Cancellarias Pintianam scilicet & Granatēsem pro districtus diuisione; quamuis enim apud Hispanos plures sint Regij conuentus in quibus pro regionis commoditate de vltima illius regni vel prouinciæ appellatione & iustitia agitur, ea enim, quæ ad gubernationem spectant supremi consilij cognitioni competunt. Criminaliū vero & ciuilium summa iustitia & appellatio illis iuridicis conuentibus vt præter iuridicos conuentus regni Aragoniæ, Cæsaraugustæ, Regni Valentini Valentiæ, Principatus Cataloniȩ, Barchinone statuarios sunt & in regno Nauarrȩ & Betico Hispalis & in regno Galitiæ hæc autem cognitio ad supremam regni consilij curiam pertinet & postea ad vnam ex dictis Cancellarijs remittitur ex. d. Pragmatica quæ tamen reformata est quoad hoc vt. d. in tenuta sententia à supremis consiliarijs vlterius de possessorio nō agatur, sed de proprietate duntaxat contendatur apud iuridicos conuentus vel regias Cancellarias Pincianam, scilicet, & Granatensem, ita enim litium immortalitati consulens Philippus Maximus Hispaniarum felicissim⁹ Rex Toleti reformauit. Anno. 1560. petitione. 73. sicut hodie constat. l. 8. 9. 10. tit. 7. lib. 7. compila. sæpe, itaq; contingit mortuo Duce, Comite, Marchione, vel alio maioratus seu status Barone plures contendere de illius status possessione, & vel propria authoritate apprehendere curant, vel manu regia occupare, ita tamen omnium iura inuoluta & contraria censentur, vt quis iure præstet scire difficile sit & inde apud sequestrem status ponitur donec summarij possessorij vel tenutæ sententia lata sit & sic morte Illustrissimæ Comitissæ. D. Franciscæ Stunica, Illustrissimus Comes Dn̄s Alfonsus Azeuedo & çuniga eius filius, & Illustrissimus D. Fernādus Castro Sariæ Marchio eius gener contēderent de adipiscenda possessione Comitatus de Monte Rey, & domus de Biesma, & domus de Vlloa, apud sequestrem Dominum Christophorū Moxica deponuntur per sex annorum spatium quo Comitatus de Monte Rey, & domus de Biesma D. Alfonso filio domus de Vlloa D. Ferdinando genero in tenuta dātur in qua & fuit ab Anno. 1532. donec anno proximo. 1580. postquam in conuentu Pinciano à regijs auditoribus vna & altera sentētia in proprietate fuerit condemnatus tradita fuerit possessio illius antiquissimi status de Vlloa, Illustrissimo Comiti Gaspari de Azeuedo y Cuñiga, Alfonsi nepoti & filio Illustrissimi Comitis Hieronymi de Fonseca y Cuñiga ita etiā & in Francia sequestratio Stampensis Comitatus à Senatu decreta fuit, vt Renatus Copinus de dominio Franciæ lib. 3. c. 10. nu. 3. refert & ratione fieri ex superioribus constat.

50 Vigesimus casus est quando de beneficio litigatur & beneficiarius cōtumax est, beneficiario enim contumace fructus beneficijs apud sequestrē deponi Innocen. III. placuit in c. olim. de rescriptis. & ita prebat Ioānes Monachus in cap. vni. de eo qui mittitur in possessionem rei seruandæ. lib. 6. nu. 4. & ibi Archidiaconus quem sequitur Albericus. in l. vnic. nu. 5. C. de prohibita sequestratione pecuniæ & Felinus in d. c. olim. ratio esse potest, quia cum in beneficio missionem ex. 1. decreto. lex Pontificia nō admittat, vt in d. c. vnico. & infra dicendum est ad 5. ad coercendam cōtumaciam sequestrationi locus est. Sed animaduersione dignum est, ꝙ licet contentio sit super beneficio non illud sequestro datur, sed fructus & ita nec probat propter cōtumaciā sequestrationē in re petita fieri, vt etiam repetēdum est ad. 5. argum. nec tentari potest in beneficijs sequestrationi locum non esse cum in Clemen. vnica. isto tit. cōtrarium expresse definitum fuerit, & Cassadorus decisio. 5. isto tit. nu. 3. & Mando. de monito. q. 8. vt in c. fin. ad 1. argum. dicendum est, & ideo dixerim sic iudicibus placuisse, vt etiam ad. 6. in fine. nume. 73.

51 Vigesimus primus casus est, quando is qui in possessione condemnatus postea pro se primam sententiam super petitorio obtinuit debet sequestratio discerni, quia ex sententia in proprietate vrgens oritur præsumptio. c. cum Ecclesia Sutrina. c. cū super. c. cum dilectus. de causa possessionis & proprietatis. ex Clemētina vnica. isto tit. vbi Cardi. quæst. 29. & Cassadorus. decisio. 2. isto titu.

52 Vigesimus secundus casus est, si cōtra beneficij possessorem etiam triennio pacificè posidentē dicta fuerit de vitiosa possessione sententia, tūc enim beneficium apud sequestrem deponi oportet, quia cum simonia & titulū & possessionē inficiat & ipso iure priuationem inducat licet enim per temporum mutationes simoniaci depositione, priuatione, & restitutione plerumq; afficerentur. c. si quis dator. c. si quis præbendas. 1. q. 3. c. sicut. el. 1. c. insinuatus. c. de hoc, cum alijs. de simonia. In Concilio tamen Constantiensi sub Martino. V. pœna priuationis ipso iure expresè imposita fuit. sess. 43. melius tamen in extrauaganti cū detestabile. de simonia. vbi Paul. 2. præmissis in illius criminis detestationem elegāter antiquorum pœnis priuationem ipso iure induxit, & excommunicationem à solo Pontifice absoluendam, de qua latius Thom. 2. 2. quæst. 100. ar. 3. & 4. Victoria in relectione de simonia. n. 2. Dominicus Soto de Iustitia & iure. lib. 9. q. 5. ar. 1. Innocen. in d. c. insinuatū. Bernardus Diaz Luco in praxi canonica. c. 85. Rebuffus in praxi beneficiorum, c. de simonia. Couar. in Regula peccatum. 2. parte. §. 8. nu. 7. Franciscus Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs. lib. 8. c. 6. Naua. in Manuali. c. 23. n. 99. & c. 27. n. 106

Iulius

Iulius Cla. receptarum.leg.5.§.simonia. Thesaurus Christianæ Religionis.c.26.Menoch.de recuperanda remedio.1.nu.135.& num.306. vbi concludit ea ratione spoliatum probata simonia non restitui, & illa Extrauagantis pœna in obseruantia est, nisi cõtra interessentes; in hoc enim vsu non recepta est, ex Syluestro in summa verbo simonia.num.13. Armila.numero.53.Couar.vbi suprà Soto. dict.lib.9. quæstio.8.articul.2.insignis Nauar.cap.27.nu.106 & ita & titulum, & possessionem infici probant relati à menochio, & Alter supra regulas & Cancellariæ, qui si tam pius quàm doctus nõ præstantior alter nostra & alia ætate fuit & inde sequestrationi locum esse resoluit Cassadorus decisione. 3. de sequestratione possessionis.nu.1.& per totum.& ita in rota pronuntiatum fuisse, quamuis contra triennalem pacificum dicta de priuatione sententia, sequestrationi locus non esset, nisi ex crimine titulum, & possessionem inficiente: & in specie nõ soluti canonis sequestrem non dari probat ipse Cassadorus decisio.4.isto ti. & Quintilianus Mãdosius in regula de subrogandis quæst.5.num.3.

53 Vigesimustertius casus est, quando facta esset obligatio de stando vnicæ sententiæ: tunc enim sequestro locum esse probat Quintilianus Mandosius in praxi commissionũ forma.19. q. 3. licet si pro possessore lata esset vna sententia sequestro locum nõ esse probauerit.2.quæstio.

54 Vigesimusquartus casus est, quãdo ex debitę residentiæ defectu sequestratio fit, cum residentia sit quid notorium, vt argumento est.c. ex parte.el.1.c. ex tuæ,c.vlti.de clericis non residentibus.c.extirpãdæ.§.qui vero.de prębendis.gl.& ibi communis in c.quanto.de translatione episcopi, vel electi.c.si seruus absente.54.dist. Selua, de benefi.4.par.q.5.n.5. Alex.de Neuo.consi.81.num.6. & cũ in quocumq; beneficio, cum propter officium detur.c.fi.de rescriptis.lib.6.c.quia nonnulli.c.conquerente.c.fin. de clericis non residentibus, & Tridenti.sessio.23.c. 1.ac proinde nisi iustã absentiæ causam habeant.c. tuę.c.relatum.cum sequentibus.de clericis non residentibus.c.inter quatuor.& ibi glo.verb.sine causa c.fi.gl.vlti.eod.tit.late Ioannes selua, de beneficio 4.par.q.6.Rebufus in praxi, de dispẽsatione. de nõ residendo.Nauar.in Manuali.c. 25.nu.120. Dominicus Soto de Iustitia & iure lib.10.q.3.ar.1.cum sequẽtibus, & hodie reformat Tridentinum.d. sessione.23.c.1.ad charitatis necessitatis obediẽtiæ vtilitatis Ecclesię vel Reip.causas.Quinti.Mandos.in praxi designat gratię.§.dispensationis. de nõ residend. Q.Horatius lib.9.de priuileg.scholasticorum.c.64 Cum itaq; si de notoria beneficiarij residentia non constiterit, si commode fieri potest, personaliter admonendum esse vt continuè resideat oportet.d. c.ex parte el.1.c.ex tuæ.c. vltimo.de clericis nõ residẽtibus.c.extirpandæ.§.qui vero.de præb.Selua.4 par.q.4.&.5.in princip.ley.16.tit.16.par.1.si faciliter admoneri non potest, proponenda sunt edicta cum trinæ citationis admonitione, iuxta praxin.d. c.ex tuę.Maria.Socinus in illius.c.repetitio.l.16.17 19.tit.16.par.1. Selua vbi proximè Bernardũ Diaz Luco.c.47.& licet à Grego.Lopez.d.l.16.verb.non toller post Seluam communis relatio sit non requiri iudicialem citationem: sed antonius in.c.ex tuæ, affirmant illud obtinere ad conuincendũ de nõ residendo beneficiariũ: at verò vt beneficio priuari possit, iudicialem citationẽ præcedere necesse esse: ꝙ in praxi frequẽtius est, adeo vt propositis cũ trina monitione edictis, processus quo priuatur in regijs Cãcellarijs ex citationis personalis defectu violẽtię notatur, & appellationi locũ esse senatus decernit. Hęc & alia vsq; ad priuationis sentẽtiã ordinata, desuetudine & nõ vsu quasi abrogata & oblata à Tridẽtino reformantur.d.sessio.23.c.1.vbi institutionem.d.c. ex tuæ.confirmans formamq; contra absentes præscribens, necessario declarauit etiam contra eũ cui personaliter facta non fuerit citatio, possit ad priuationem procedi, nec appellatione impediri, sicut in c.relatum.& in.c.conquerente.de clericis nõ residẽtibus.nec inhibitio impediri. Vnde controuersum fuit an obtineat contra pertinaces, nõ autem contra obedientes: & ita in Metropoli Compostellana, & in regio Pintiæ conuentu non semel pronutiatum fuit: cęterũ in supremo huius regni cõsilio, ad cuius cognitionem singulari Regis pręcepto concilij quęstiones delatæ fuere, obtinuit generaliter Concilij decretũ percipiendũ fore contra absentes, siue cõtumaces siue obediẽtes: & ita reuocatis Metropolitani pronũtiationibus Anno.1567.à summo Cõcilio, executio decreta fuit: & inter alia & reformata & instituta, illud perspicuum est, posse contra absentes, beneficiarios per fructuũ sequestrationẽ procedi. d.sessio.23.c.1.& ita frequentissimum est.

55 Vigesimus quintus casus est, quãdo creditor debitori suo interdixerit ne illi soluat donec sibi satisfactũ sit pecuniæ sequestratio in eo fit, qua nulla hodie frequẽtior est à Sceuolaq; probatur in.l. fi. ff. de l.cõmissaria ibi. Posteriore autẽ die nomine fisci testatu conuẽtũ emptorẽ ne ante mulieri pecuniã exsolueret quã fisco satisfaceret & ea in specie debitor etiã inuit⁹ parere debet, tex.in.l.hęres. 20. in fin.ff. ad sen.Trebe.l.3.C.de nouatio.l.nomen.C.quę res pignori obligari possunt gl.verb.solutorũ in.l.grege.§.1.ff.de pigno.Bart.in.l.nõ solũ.§.morte.n.34. Iason.28.Bolog.100.ff.de operis noui nuntiatione. Bal.in.c.fi.in fin.infrà isto tit.Fel.in.c.cũ.M.nu.40 Ripa.nu.62.de constit.Xuarez in.l.post rem.versi. quæro vtrum.in fine.ff.de re iud.& infrà referendi: quã propositionẽ ipsi intelligunt, si debitori cui fit inhibitio, & in quo fit sequestratio, cõstiterit, ꝙ creditori interdicenti ex instrumẽto publico debitum esset, alias parere non debet, argum.l.si quis inficiatus.13.ibi si cognoúerit.ff.depositi.l.1.in fine. ff. de eo per quam factum erit.ita intelligendus est tex.in l.vtrum.27.ff.de constituta pecunia.l.Papinianus. 16.ff.de publiciana in rem actione.Clemẽtina.causa post principiũ de electione ita Bartol. in dict.§. morte, & ibi Anto.Rubeus num.383. Tiraquel. de retractu titul.1.§.1.gloss. 10. nume. 102. idem Bartol. in.l.iubemus per hanc. 16.§. super his. C. de eroga-

errogatione militaris anno. per illū tex. vbi expressè probatur actuario pictatium exhibente cōtra militē iuste absentem pecuniam sequestraret, sed doctores illud argu. non admittunt, ex eo q speciale est in militiæ causis introductum ius vt refert Ioannes Orozco in.l. qui fideiussor. §. si satisdatū. n. 4. &. 5. ff. qui satisdare cogantur. negāt rursus pictatia significare instrumēta publica sed esse breues commentarios seu rationes annonarum militariū vt ex l. actuarij. supra &. d. l. iubemus. probat Accursius & Budæus. ff. de officio quæstoris. Brisonius & Berrufius de verbo. signi. lib. 14. verb. pictatiū. Iacobus Cuiatius in. d. l. actuarij. at vero Bartolum ea de causa iniustè reprehendi puto & suam opinionem rectè ex illa. l. fundari sic probo. Anasta. in. l. iubem⁹ docet erogatorem militaris annonæ siue pecuniæ de manu sua in manū militibus stipendia persolueret ac si actuarius qui numeri ratione extracta militibus mutuo pecuniam vel species dederit ex pacto in singulos solidos tertiam partē, pro lucro adijciēdam in tempus dilatæ solutionis pactionisq; fidem per pictatia faciat actuarius, pecunia apud Principes militiæ sequestratur donec ab eis terminetur quæstio ideq; similes iuxta militari à legum causas absens fuerit licet pictatia protulerit actuarius pecunia sequestratur, ergo optimum argumētum est ad hoc vt pecuniæ sequestratio fiat & ante debitori nō soluatur quam mihi satisfiat oportere de edicto per instumentū constare neq; obstat pictarij probata significatio, quia illud satis certū est ea pictatia vel instrumenta authentica esse oportere vt ibi probat l. actuarij 5. & in originali. l. actuarij. 11. & l. actuarij. 13. tit. 4. lib. 7. C. Theodosiani. & in. l. nullū. 29. tit. 10. de petitio. & vltro datis lib. 10. C. Theodosiani. vbi etiam in criminibus pectatia fide faciūt, ergo satis probat Bartholi intētum quamuis cōtra eū affirment sufficere semiplenam probationē Orozco & alij supra: ego sanè aliter rem comprehendo quoniam distinguendum arbitror an illa inhibitio seu potius interpellatio fiat debitori debitoris ab ipso creditore, vel à iudice postulante creditore. 1. in specie dixerint vt debitor rectè interpellatus sit instrumentum illi producendum esse, & si ita requisitus solueret sui periculum faceret. 2. in specie quando iudicis authoritate sequestratio fit debitor parere debet licet non dedicerit instrumēti vel semiplenę probationis causam quia pro magistratu præsumptio est. l. 1 & 2. C. de officio ciuilium iud. c. in præsentia. de renūtiatione. c. sicut. de re iud. Barto. vbi suprà. Rubeus. n. 387. Ripa. in. d. c. cum. M. nu. 153. Didacus Perez in. l. 1. tit. 10, lib. 3. ordinamenti. col. 1143. vnde elegans deducitur praxis quod si iudex præceperit debitori pecuniam sequestratam retinere debitorq; resistit fitque sequestratio, dicitur vis à iudice illata argu. tex. elegantis in. l. ait prætor. 7. §. permittitur. ff. de minoribus. & in. l. 2. §. 1. ff. de iudicijs. Bart. in. l. creditor. ff. de solutio. Bal. in. l. parentes. C. de testibus apud nos appellatur vis mandati ex. l. 27. titu. 11. parti. 3. & ibi Gregorius Lopez, Auendaño. 3. p. in dictionario. ad. ll. par. verb. fuerça. qua ratione. 1. consequitur pœnam in conuētione promissam à debitore si ad certum diē non soluerit illa sequestratione excusari etiam si iureiurando pollicitus fuerit quia Magistratus iussu soluens liberatur. l. Imperatores. ff. ad municipales. l. nō videtur. §. qui iussu. & . l. liberorū in fine. ff. de his qui notatur infamia. gl. celebris verb. imputandum in d. l ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. recepta secundum Carolum Ruinum consil. 171. n. 3. volu. 4 Matthęum Afflictis decis. 150. n. 19. Menochium per. 30. numeros rē explicantē de arbitra. casu. 137. num. 13. & consi. 64. nu. 3. volum. 1. ergo & non soluentē liberari necesse est: nec vrgeret iusiurandum quia difficultate, vel necessitate excusatur. c. querelā. & c. breui. de iureiur. & iudicis præceptū necessitatē & vim infert & in omni iuramēto illud perspicuū est nō posse iuri superioris detrahere nec legē imponere. c. veniētes de iureiur. & ita in hac specie excusari probat Curtius in. l. vnica. C. de prohibita sequestratione. quæst. 16. n. 60. Petrus Ferra. in praxi. §. audeat. nu. 2. in forma sequestri.

Secūdo ex illa traditione deducitur ex huiusmodi vi per iudicem illata debitorē habere iuxtam exceptionem, & ita interpretandam esse Regiam Hispaniæ. l. 4. tit. 8 lib. 3. ordinamēti, hodie. l. 1. 2. & 3. tit. 21. lib. 4. compilat. ex quibus contra instrumēti guarētigij executionē nulla admittitur exceptio, nisi solutionis, vel vsuræ, vel vis, vel falsitatis, & ita debitor poterit illam vim à iudice sibi illatam in exceptionis modum opponere & obtinebit, & ita tanquā prudēs aduocatus agnouit Auēdaño. d. verbo. fuerça. Solēt tamen præstita prius cautione à principali debitore debitores inhibiti ad soluēdum compelli quia nullū imminet periculum. l. is à quo. 57. ff. de rei vēdica. & in. l. sequenti. & . l. penult. in fine. C. depositi. Innoc. in. c. sanè. el. 2. de officio delegat. Bart. in. l. nā & si fur. in principio. ff. si cert. pet. omnes in. d. l. hæres. 20. ff. ad Trebel. Iason. nu. 28. in. d. §. morte. Coua. in Pract. quæstio. c. 16. à nu. 3. q ita in distinctè si accipiatur falsum existimo quia si à iudice inhibitus est ne soluat qua ratione poterit ante ipsius reuocationē sine periculo soluere? & quid commune habet iudicis præceptum solutionē inhibēs cum cautione alterius debitoris cui si contra iudicis præceptum soluere maluerit illud necessario consequitur posse compelli à iudice vt creditori in cuius causam facta fuit inhibitio, vel sequestratio satisfaciat. & deinde ab alio per cautionē repetat. & interim litibus vexetur quod patrimonij diminutioni cōparatur à Iureconsulto in. l. minoribus. 6. ff. de mino. ac proinde donec ipse iudex decernat nō obstante sequestro debitori soluēdum debitorem inhibitum excusari posse arbitror & idem iuris obseruandum erit si simili vi à maiori iudice illata ad soluendum cōpelleretur vt aduertunt Carolus Ruinus, Iaco. Menoc. & alij supra ex quibus omnibus periculis vtilis orta est praxis debitorem inhibitū suo creditori denuntiare sequestri formam & eum hortari vt vel alteri soluat, vel de suo iure doceat protestando se iudici non posse resistere, & ab eo iussu

alteri

alteri soluturum qua interpellatione securus erit & ita animaduertit Didacus Perez vbi supra col.1144 Quod autem hac in specie frequentissimũ est apud scholasticos quotidie contingit solent enim hæredes de domus dominio contendere & aliquem habitantibus inhibere ne pensionem alteri soluat & iudicis præcepto penes ipsos sequestratur sed securius putauerim omnibus esse pẽsionem intra statuti temporis metas ad habitantibus solui & penes depositarium generalem vel alium idoneum sequestrari vt ab illo recipiat qui victor extiterit.

56 Vigesimus sextus casus est, ad præcedentis similitudinem quando de re immobili contenditur, & ne alienetur lite durante sequestratio fit ea enim ratione permittitur argum. eius, quod Vlpianus respondit in l. diuus Pius.5.ff.de petitione hæreditatis.& in.l. si creditores.15.ff. de priuilegijs creditorum.& Paulus in.l. de pollicitatio.8.ff. de pollicitatio. ibi ob hanc causam iubebunt aut prohibebunt distrahi fundum quem in territorio Gabiniorũ habet. Iulius Paulus idem receptarum sententiarum. lib.1.titu.10. Barto. in.d.l. de pollicitatio. Iason post Alber. & Baldum in.d.§. si satisdatum. l. si fidei iussor.nu.8.ff. qui satisdare cogantur. Corra. miscellaneorum lib.3.ca.2.nu.8.& optime Sebastia. Mont. de inuentario.ca.10.nu.344. cum sequenti. differt tamen à vulgari sequestratione, quod non separatur à possidente vt alij custodienda tradatur. d.l. licet.17.ff. depositi.& in.d.l. sequester.109.ff. de verborum signific. vt diximus ad Ru.nu.2. & ideo facilius admitti quam communem sequestrationem putant. Bar. Alber. Bald. Iason vbi proxime Didac. Perez in d.l.1.colum.1146.q.21. qđ tamẽ cautè agẽdum est siquidem re sua quilibet pro arbitrio vti potest.l. vim facit.11.ff.de vi & vi armata.l. in re mandata.21.C. mandati. tex optimus iuxta veriorem interpretationem. in.c.fi.de restit. spoliator. & ideo durum est hanc inhibitionem seu sequestrationem fieri nisi magna sit suspicio ad arcendum litigiosi vitium.l.fi.C. de litigiosis.l.16.tit.7. part.3. cum multis à me adductis in.c.1.ad.2. argumen. de alienatione iudicij mutãd. quam tamẽ suspicionem satisdatione purgauit.

57 Vigesimus septimus est, quãdo ex eadẽ suspicione fit descriptio copia vel inuentarium bonorum, vel fructuum ne postea de illis dubitetur argum. l.1.§. eligitur.ff. de ventre in possessionem mittendo. ibi inuentarium rerum faciendum, & ibi custodem ab hærede ponendum. ibi Bar.l.fi. in princ. ff. de requirendis reis.l. vlti. C. de ordine cogni. Bart. in.l. Imperatores.§.fi.ff. de appellatio. & in.d.l. interesse puto.& in.l. post contractum.ff. de donatio. & in.d.l. vnica Fulgo. consil.169. Abb. hic nu.27. Corra.d.lib.3.c.2.nu.7. Iason in.d.l. si fidei iussor. §. si satisdatum.nu.28.& ibi Orozco nu.3.ff. qui satisdare cogantur. Gregor. Lopez verb. persona, in l.1.tit.9.part.3. Sebastianus Monti. vbi supra. Boer. decisi.61.nu.21. Pinelus in.l.1.2.par.nu.22.C. de bonis maternis. Rebuff. in.l. sequester. conclusi.15.ff. de verbo. signifi. & hæc cum nullum præiudicium inferat nec possessionis commodo priuet, & ita cesset ratio.d.l. vnicæ & generalis prohibitionis facilius conceditur: vnde prudentes aduocati sequestrationem petunt cui si locus non fuerit bonorum descriptionem siue inuentarium, & ita consulunt Iason Orozco & omnes vbi supra.

Cæterum hæc tam recepta interpretum tradi io difficultatibus plena est: non potest enim non fieri quin magna afficiatur iniuria dominus vel possessor ex huiusmodi descriptione.1. quia non leue præiudicium est cogi aliquem proprij patrimonij vires ostendere.l.2.C. quãdo, & quibus lib.10.2. quia nec in fisci fauorem hanc descriptionem fieri, quando ipse actor est & bona à priuato petit licet tantis gaudeat priuilegijs recripsit Constantinus in.l. defensionis.7.C. de iure fisci.lib.10. ex quibus, & alij ita defendit Pinelus vbi supra, & nu.26. sed respondent plures illam.l. nõ loqui de hac descriptione ad certitudinem facienda sed de illa quæ fit pro executione, quando bona in fiscum transferuntur de qua in.l. si quis intra.7.C. de bonis. præscriptorum. & in l. vlti.C. de bonis vacantibus.lib.10. vt ibi Bar.nu.4 Lucas de Penna, Platea, & Rebu. sed reprehenditur à Pinelo.nu.23. Quare defendi potest ex eo ꝙ in illo tex. prohibetur descriptio. per quam aufertur reo facultas defensionis vt significat tex. ibi defensionis facultas.& ibi inquietari describiq; fas non sit & ita constat cum bona ante finitam cognitionem fiscus auferre prætenderet & ideo respondet Constãtinus pendente lite apud possessorem bona remanere in descriptione autem de qua agimus nec defensionis facultas tollitur nec bona auferuntur nec possessio tollitur neque etiam obstat alterum argum. dum cogitur ostẽdere vires patrimonij sui non sine iniuria ex.d.l.2. quia ex ea limitatur prædicta cõmunis vt non procedat in descriptione supellectilium & aliorum in quibus cõsiderabilis est partis iniuria sed solum in fructibus & in his quorum descriptione nec dedecus neq; iniuria oriri potest vt ex Baldo in.d.l. vnica in fine.& Curtio nu.17. omnes in.d.l. defensionis.& Guido Papæ decisione.351.

Verum licet his ita receptis Doctores conquiescant nulla ratione mihi persuadere possum Cõstãtinum in.d.l. defensionis. cogitasse de tollẽda defensionis facultate cum per descriptionem nulla tollatur defendendi facultas: nam si inhibitio fieret vt in præcedenti casu, quodammodo tolli diceremus sed per solã rerum descriptionem seu inuentarium nullo modo defensionis facultas tollitur nec illa verba defensionis facultas referri possunt ad descriptionem, sed ad aliam tex. partem, scilicet, bonorum occupationem vt durante lite maneant penes possessorem à fisco conuentum & ita ex litera patet, & ex Bar. Luca de Penna, & Platea, & Iacobo Cuiatio in d.l. defensionis. quare ego ita rem & illius tex. interpretationem comprehendo princip. rerum descriptionem absq; possessoris iniuria fieri non posse ex d.l.2.C. quando & quibus.lib.10.& ita probare.d.l. defensionis. ibi describiq; fas non sit & rationem cauendi à proximi iniuria ita postulare & totum titul.

 vt lite

vt lite pendente nihil innouetur eam tamē regulam limitari quādo suspitio est ne aliquid perdatur siue distrahatur, & ita intelligi casum hunc & ita melius quā alibi probari in.d.l.defensionis. cuius duæ sunt partes, in.1.Constāti. rescripsit nec bona auferri nec describi fas esse, in secunda hoc non obtinere si cum Cæsarianis fiscus cōtrouersiā habuerit: ab illis enim vel auferuntur, vel describuntur, ratio est quia inueterata illius gentis consuetudo in fraudibus & rapinis.l.2.C.de bonis vacātibus.in.C.Theodosiano, & probat Cuiatius in.d.l. defensionis regulam violat & descriptioni causam præbet. & ita glo. in princi. in d.l.defensionis. & omnes probant in illa.l. ius commune constitui ius commune esse regulariter non fieri rerum descriptionem ex causa autē descriptioni locum esse vt in Cæsarianis qui fraudib⁹ & rapinis infames sunt & vbicūq; aliqua esset suspitionis causa, & ita intelligi superiorem communem absq; ea enim causa infestam esse desciptionem clare probant verba.d.l. defensionis (describique fas non sit) & in.d.l.2.C.quando & quibus.4.pars libro.10.ibi (quid enim tam durum tamq; inhumanū est quam publicatione pompaque rerum familiarium & paupertatis detexi vilitatem & inuidiæ exponere diuitias) sic accipiendum est ꝙ sapientissimus vir ille iudicantis arbitrio committit in fine numeri. 26.

58 Vigesimus octauus casus, inde deducitur à Bart. in.l. fi.in princ. ff. de requirendis reis accusati bona quando crimen priuationem inducit fore describēda ꝙ tamen ex superioribus explicandū est. & late Pinelus à.d.nu.23. erunt & alij casus in quibus generalis regula ex causa limitetur, & sequestratio admittatur quibus acquiesco prædicta enarratione contentus. Ex quibus omnibus satis apparet, quando à iudice sequestratio fiat ꝙ tamē in vtriusq; fori tribunalibus frequētius est iudex nisi ob euidens scandalum sequestrationem ex officio raro decernit partis postulatione frequentissimè in aliquo ex supra relatis casibus ex quib⁹. & ex.d. l. Imperatores.§.fi. ff.de appellatio.l.si fideiussor.§. fi. ff. qui satisdare cōgātur.c.olim de rescriptis.c.2. de dolo & cōtum. hic.& in.c.fi.& in.d.Clemēt.vnica isto titu. iuncta d.l.vnica.C. de prohibita sequestratione illud semper erit obseruādum eum qui sequestrationem decerni petit de causa qua fieri debet docere necessarium esse quo fit inutilē esse prolixam veterum distinctionē circa iudicis partes in decernenda sequestratione quam ex multis partibus confecerat Ioannes Mona.à nu.4. in regula locupletari.& ibi Ioannes Andr.de regulis iuris.lib.6. Archidiaconus in.c. quia res.nu.4.11.q.2.late Abb.hic à nu.11. & alij, & ita soluitur primmum.

59 Neque obstat secundum sequestrationem à Celestino factam in specie. c.1.supra eod. reuocatā fuisse ab Innocentio. III. & ita etiam posse hic reuocari eamq; ab Onorio III. decreta fuit, quia satis resolutum est regulam esse sequestrationem sui natura infestam & prohibitam esse nisi iure ex aliqua causa permittatur, & ea ratione quia à Celestino pro libito voluntatis decreta fuit in specie.c.1.reuocatur ab Innocēcio III.vt resoluimus in.de. c.1.nu.60.at hic monachis fructus dissipātibus quos Rectori de Venthusia seruare necesse erat iuxta missionis ex primo decreto naturam. vt diximus nu.10. illa prohibendę sequestrationis regulā limitatur dissipationis causa ex nostro tex.&.c.fi.infrà &.l. Imperatores.21.§.fi. ff.de appellatio.l.1.titu.9.part.3.vt latius suprà in.1. casu.nume.26.

60 Neq; obstat tertium in causa appellationis pendentis sequestrationem fieri ius singulare esse. d.l. Imperatores.21.§.fi. ff.de appellat. & in.c.fi. infra. Vnde extra causam appellationis non est admittēda propter dissipationem sequestratio, quia respondeo late iam explicatū manere in.1.argum.à nu.20. regulam esse satis generalem prohibendæ sequestrationis multis tamen de causis limitari, & licet nō vilior sit quæ durante appellatione consistit, vt diximus supra in.1.&.4.casu, nu.26.& 34. & latius repetendum erit in.c. fi.infrà ad decid.rationem & ad. 1. & 2. argum. nō tamen cæteras causas excludit vt in prædictis locis resolutum est & nominatim ad.1.argumentum suprà nu. 28.&.29.

61 Neque obstat quartum satisdatione sequestrationem cessare, & ita hic monachorū satisdatione inutilis foret Onorij III. sequestratio quia facile respōderi potest monachos satisdationem non obtulisse & ideo sequestrationem vtilem esse sed ad integram rei cognitionem tria breuiter inquirere opportunū erit. Primū an satisdatione omnis sequestratio cesset. Secundum intra quātum tempus offerenda sit. Tertium an missio in possessionem ex. 1.decreto & sequestratio quoad satisdationem comparētur. Primum vt absoluamus & à iureconsultis responsum, & à Pontificibus decretum videtur satisdatione vel cautione sequestrationē cessare ita enim in.l. Senatusconsulto.17.ff.de officio præsidis.& in.l.si fideiussor.7.§.si satisdatum.ff.qui satisdare cogātur.expressum est.& in.c.1.supra eod.vers.fi. & quis in.c. olim.25.de rescriptis. illam fructuum sequestationem cautione non tolli negare poterit ꝙ in.c. 2.de dolo & cōtu.manifestū est & ita ab omnibus vbiq; receptū inueniet à Bart. Alberi. Bal. Alex. Iasone, & Orozco in.d.§.si satisdatum.ab Abb.in.c.2.đ dolo & contu.nu.10.in.c.1.supra nu. 18.& 19.hic.nu.25. Felino late in.d.c. olim. Corra. Miscc.d.li.3. c.2.nu. 19.Beroius in.c.quioniam contra.nu.158. de probatio. Didacus Perez.d.l.1.tit.10.lib.3.col.1143. Quintilianus Mando.in praxi commissionū de monitorijs.q.10.nu.3.ꝙ & mihi verissimum est ex.d.l.senatusconsulto.&.d.§.si satisdatum.&.l.litibus.19. C. de agri.& cēsitis.lib.11. & ex.d.c. 2. de dolo & contu.non autem ex.c.1.supra isto titu.id probari mihi persuadeo, vt in eo dixi considerans sequestrationē iniustā fuisse & ideo sui natura reuocari nec obstat Archiepiscopum ibi ad danam cautionem cōpelli quia obseruandum est illam cautionem dari ob primam Archiepiscopi contumaciam ex qua ex. 1.decreto facta fuerat missio ab Episcopo Veronensi.1. delegato quam contumaciam ipse Archiepiscopus duriorem fecit per spolium & ideo cautionem dare

necesse

necesse est standi iudicio & expensas monachis soluere à tempore missionis vsque ad tempus quo ipse Archiepiscopus cautionẽ obtulerat: quod proprie pertinet & refertur ad missionem ibi factam recte & iuxta receptum iuris ordinem non tamen ad sequestrationem extra ordinem factam à Celestino ea de causa per Innocentium reprehenso, quod ex ipsa litera satis constat: prius enim Innocẽtius sequestrationis mandatum penitus reuocauit in versi. in eum. & postea expẽsas reficere & cautionem dare in vers. fi. pronuntiauit, vt in d. c. 1. obseruaui errasseque Abb. ibi nu. 19. contrarium opinantem quanuis autem ex illo tex. non probetur cautione sequestrationem tolli ex alijs & ex receptis scribentiũ autoritatibus satis constat verissimumque erit iuncta explicatione superius relata in c. 1. num. 50. putà sequestrationem cessare cautione, quãdo ex illa periculo eius causæ imminenti satisconsultum erit ita enim respondent iureconsulti in specie d. l. senatus consulto. d. §. si satisdatum. & in d. l. litibus. & in d. cap. 2. de dolo. cæterum si non recte consultum erit inutilis erit cautio. ita ex superioribus probant circunspectiores Corra. Beroius, & Quintil. Mando. vbi supra ac proinde sequestratio ob scandali timorem fieret inutilis esset satisdatio cum posset, quid infaustum contingere cui nulla cautio satis fieret nec ex ea satis esse diximus, quando creditor debitor debitoris sui interdixerit, & ita appelicandũ est nu. 46. & nume. 55. illud autem erit absque disputatione obseruaudum quotiescunque ob contumaciam fuerit facta sequestratio. c. 2. de dolo & contu. ca. olim. 25. de rescriptis. & supra nu. 41. satidatione sequestrationem tolli & inde certum erit in specie nostri tex. & cap. fi. & Clementinæ vnicæ iure optimo cessare data sufficiẽti cautione, sufficiens in quã satisdatio erit per pignora vel fideiussores l. si mandato. §. vltimo. ff. mandati. & communis in d. §. si satisdatũ. vbi gl. & Iason. 17. Orozco nu. 6. & in d. l. litibus. Bar. ibi ad finem Beroius & Corra. vbi supra gl. fi. in d. c. 1. & ibi cõmunis supra Sebast. Montic. de inuentario. c. 1. nu. 344. cum sequenti. cuius summa erit iudicio sisti rem stare & victori statim restituendã esse, vt ex prædictis iuribus & recepta scribentium autoritate probatur.

62 Secundum intra quanti temporis spatium satisdatio, vt hũc sorciatur effectũ offerenda sit si à missione ex. 1. decreto argumentandum foret difficilis esset resolutio, quoniam licet sine disputatione receptum sit missionem ex. 1. decreto factã cessare oblata cum expensis cautione. tex. in l. consentaneum. C. quomodo & quãdo iudex. c. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contestata. c. 1. cum sequentibus de dolo & contumac. & de eo qui mittitur in possessionem, & capit. 1. supra quo autem tempore offerenda sit disputatur & semper cautionem admitti significat tex. in l. properandum. §. sin autem. C. de iudicijs. l. 2. C. vbi in rem actio. l. consentaneum in fine. C. quomodo & quando iudex. alij intra annum & non vltra. l. si quis emptionis. §. penultimo. C. de præscriptione. 30. vel 40. annorum tex. in cap. 1. & 2. capit. contingit de dolo & contu. cum supra relatis & inter plures opiniones verior est ad iudicis arbitrium pertinere glo. verbo fideiussores. in l. penultima. C. de bonis autoritate iudicis possidendis. tex. & glo. fi. in cap. quoniã. §. in alijs. supra vt lite non cõtestata. Barto. in l. si finita. §. Iulianus. nume. 39. Ludouicus Bologninus. num. 22. Michael Vlcurrum. nu. 189. Couar. resolutionum lib. 3. c. 18. in fine. Iacobus Menochius de arbitra. casu. 6. num. 13. quod si cauere neglexerit & in contumacia perseuerauerit actor petit. 2. decretum vt possessio quæ alias reuocabilis erat fiat vera & irreuocabilis vt Itatim dicendum est ad. 5. Se in sequestratione diuerso iure agendum est, quia diuersa est vtriusque natura, missio enim semper fit donec contumax caueat sequestratio ad illius rei securitatem fit in omnibus casibus ad primum argum. supra relatis nisi quãdo fit propter contumaciam ac proinde in illis casibus sequestratio fit vsque ad causæ finem. l. licet. 17. ff. depositi. l. interesse puto. 39. ff. de acquir. possess. l. si fideiussor. §. si satisdatũ. ff. qui satisdare cogãtur. l. litibus. 19. C. de agri. & cẽsitis. lib. 11. c. 1. supra versi. bonæ memoriæ Celestinus. l. 1. tit. 6. partita. 3. l. fi. §. fi. C. quibus ad libertatem procla. & ita quamdiu iudicium durauerit potest in illis causis admitti cautio, at vero quando propter contumaciam fit sequestratio cautio erit admittẽda pro iudicis arbitrio ex d. communi supra relata. Vnde tertium resoluitur, quo ad admittẽdam cautionem differre missionem ex. 1. decceto & sequestrationẽ ex alia causa quã cõrumatia factam si autẽ fiat propter contumaciã, vt in c. olim. de rescriptis. in c. 2. de dolo & contu. tunc cõparari quia iudicis arbitrio relinquendũ est ex. d. cõmuni. ex quibus omnibus satis apparet hic monachos cautionẽ offerẽdo sequestrũ impedire quia ex illa dissipatione consulitur & in quacũq; litis parte vsq; ad eius finem admittẽda erit cum non propter contumaciam sed propter dissipationem facta fuerit hic sequestratio. & soluitur quartum.

63 Neq; obstat quintũ ex. 1. decreto in possessionẽ missum interdũ fructus suos facere, quia non obstat cũ regula in cõtrariũ sit vt diximus supra ad rationẽ decid. nu. 10. & noster tex. ex regula fũdatur. gl. 1. & cõmunis hic, & ita licet interdũ regula limitetur, nõ loquitur Honorius hic de limitationis specie, quod paulò altius repetẽdũ erit, qñ. gl. 1. hic duas propositiones cõstituit, priorẽ q missus intra annũ nõ facit fructus suos, posteriorẽ q missus post annũ in reali omnes lucratur fructus: de vtraq; disputandũ est.

Ad priores itaq; explicationẽ sufficit ea quę in c. 1. ad. 4. nu. 38. & hic nu. 10. repetere scilicet. ex. 1. decreto missum siue iure ciuili possessorẽ siue Põtificij custodẽ reuocabilẽ esse & inde intra annũ nõ facere fructus suos sed eos restiturũ esse cõtumaci intra annũ cauẽti vt probatur ex. d. l. si finita. §. Iulianus. ex. d. l. cõsentaneum. C. quomodo & quãdo iudex. cum alijs ex c. pastoralis. §. præterea de officio ordinarij. cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contestata. cum similibus. gl. in authentico de exhibendis reis. §. fi. ver. seruanci. collatione. 5. glo. fi. ad

medium in.d.c.contingit.l.fi.titul.8. part.3. Barto. in.d.§.Iulianus.n.50. Alex.105. Bologni.180. Vlcurrum.260. Abbas in.d.c. contingit. Antonius de Fano de pigno.2.membro.3. partis.à nu.6. Didacus Perez in.l.1.tit.9.lib.3.ordinam. colum. 1130.

Contrarium tamen expresse probat. l. fulcinius. §. fi. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. tex. in.c. prout. de dolo & contu. vbi missus ex.1. decreto fructus lucratur & ideo scribentes variè respondent. Salicetus in authentic. ei qui. C. de bonis auto. iud. respondet ius esse singulare, quando fideicommissarius missus est in possessionem propter contumaciam grauat, qua in specie fructus lucrari docet. tex. in.l. in fideicommissaria.18.&.l. mulier.22.§. si hæres. ff. ad Trebell. sed refellitur quia diuinat & iureconsultus nimia contumacia fundatur. Quare alijs omissis verior est interpretatio regulam communem missum ex.1. decreto non lucrari fructus falli si reus nimium contumax fuerit vt constat ex litera & obseruat ibi glo.fi. & communis. & glo.fi. in.d.c. prout. communis secundum relatos, & Boerium decisione.206. vnde inquirunt glos. & omnes quando erit nimia contumacia. Quibus omissis verius est ad iudicis prudentiam pertinere qui ex regula.l. ad peremptorium.68.ff. de iudicijs. &.l. contumacia.53.ff. de re iud.c. certum.11.q.3. & optimus in.d.c. pro vt. elegans in cap.1. de iudicijs. & ex negotij qualitate arbitrabitur, vt ex eis & Abba. Felin. Decio, Ripa, Mont. & docte Beroio.nu.197.in.d.c.1. de iudicijs colligitur: & probat Menochius de arbitra.q.36.& casu.280.& quod implicitè respondit Vlpianus in.d.l. fulci.§.fi. sub nimia cõtumacia idẽ explicite docet Vrbanus III. in.d.capit. pro vt. reo multis tergiuersationibus vtente si causa in eo statu fuerit definitiuè expedienda est quod si in eo statu non fuerit actori vera possessio datur & fructus lu-
64 cratur gloss.fi.ibi & Abb.num.18. idem iuris esset si consuetudine missus fructus lucraretur gloss.in.d. authentico de exhibendis reis. verbo seruandi. sed damnatur à Bart.in.d.§.Iulia.nume.50. sed defenditur ab Alexandro.nume.106.& à Didaco Perez.d. columna.1130. quod verius est quia lege ita fieri, posse argumento est.d.l. fulci.§.fi.&.d.cap. pro vt. sed quod fit lege & consuetudine fieri potest. l. de quibus.ff. de legibus.§. penulti. Institutis de iure natura-
65 li.c. consequens est.11.dist.cap. vltimo de consuetudine. ex quibus cum ex litera tex. Rector de Vethusia contumax dicatur non autẽ nimium contumax iuxta regulam dicendum est missionem monachis datam solam custodiam tribuere non veram possessionem, & inde fructus suos nõ facere sed eos seruare debere ita glo.1.& communis.

Ad posteriorem glossæ propositionem obseruandum est missionem ex.1. decreto data intra annum cautione cessare vt sæpe repetitum est: elapso vero anno non data cautione sed reo semper contumace ad secundum decretum deueniendum est. 2. decretum est illius aggrauationis augmẽtum ad cuius interpositionem reum personaliter in ius vocari necesse est.l.4.§. si forte.ff. de damno infecto. iuncta.l. in causæ.§. causa cognita de mino. optime in.l. præsenti.§. cum autem. C. de his qui ad Ecclesiãs confugiunt. & ita post annum iure communi, iure autem regio post duos menses in reali, vnum in personali. l.1.tit.9.lib.3. ordinamẽti. l.1.titu.11. lib.4. compil.
66 Secundum decretum interponitur, quo missus verus efficitur possessor & inde poterit longo tempore dominium quærere.l. prætoris.5.l. si finita.15. §. Iulia. ff. de damno infecto. l. 3. §. fi. ff. de acquirenda possessione. cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contestata. capit. contingit. de dolo & contu. capit. 1.2.& 3. de eo qui mittitur in possessionem.d.l. ordinamẽti & compil.l.fi. titulo. 8. par. 3. glo.& cõmunis. in. d. §. Iulianus. Bartoli à nume. 27. Alexan. à num.6. Bologini.19. Michaelis Vlcurrum.28. Ioannis Corrasij versiculo.fi. de.2. decreto, Iason in.d.l.3.§.fi.ff. de acquirenda possessione. Didacus Perez colũna.1127. Bolo, neti in.l. 1. nume. 149. de acquirenda possessione. Menochius de arbitra.d. casu.6. Auendaño.3. par. capit. de.2. decreto Ioannes Raudus variarum quæstionum.lib.1.capit. 37. contrarium tamen imo.2. decreto non solum veram possessionem sed & dominium quæri fortissimis probatur argumentis, quia iureconsulti eum dominum dicunt. l. sed si res. 5. communi diuidundo.l.1.ff. de fundo dotali.d. l. prætoris. l. si finita.§. Iulianus.ff. de damno infecto.l.3.§.fi.ff. de acquirenda possessione. Secundo ea ratione missus ex.2. decreto efficitur dominus, vt in dictis.ll. sed dominus non potest eiusdem rei causam vsucapionis habere l. sequitur.§. lana.ff. de vsucapionibus. Tertio vendicatio competit domino.l. officium.9.l. in rem.23. l. qui petitorio.36.ff. de rei vendicatione.l. vnica.C. de alienatione iudicij.§. omnium. Institu. de actio. sed misso vendicatio competit.l. communi.7.c. sæpe. ff. communi diuid. quibus & alijs plures dominum esse defendunt, qua in difficultate recepta est Accursij interpretatio dominum effici, quando contumax dominium habebat quod si non haberet efficitur possessor cum vsucapiendi cõditione. Discriminis ratio est, quod si cõtumax dominus erat contumaciæ vitio iam admonitum iuste priuari & misso illius dominium acquiri argumento. cap. placuit. 16. quęst.1.cap.1. de præscriptio. at quando ipse dominus non erat propter ipsius contumaciam tãtum vero domino irrogari præiudicium fas non esset argumento.l. item verberatum.15.§.1. versic. item si forte. ff. de rei vendicatione. l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris. glo. ver. omnia principis in.l. bene à Zenone. C. de prescrip.30. vel.40. annorũ, & verb. cõstitutionem. in procemio digesti veteris vbi Bart, nume.3.& relati à Pinelo in rubrica de rescindenda venditione.c.2.num.14. Cuiatius obser.lib.2.c.9.& inde missus efficitur possessor cum vsucapiẽdi cõditione ita gl. ver. capere. in.d.l. prętoris.& verb. dominus in.d.§. Iuli. & in.l. 2. vers.fi.ff. si ex noxali causa agatur. dicũt cõmunẽ Alex. Bologni. Vlcurrũ. Iasõ Bologne. Did. Perez, Ioan. Baudus vbi supra. sed Vlcurrũ & Baudus cã cõmunẽ multis cõuincunt argumentis. Primo esse diuinationẽ. Secũdo illius edicti

de damno

de damno infecto interpretationem prudentum explicatione non ad dominium sed ad possessionem duntaxat pertinere vt constat per totum titulum de damno infecto, vt ex dict. l. pretoris. l. damni. l. cum post ulassem. §. damni. l. is qui pignori. & d. l. fi. finita. §. Iulianus. Tertio prætorem illam missionē decernere ex dict. l. prætoris. cum alijs. sed prætor nec dominium nec hæredem facere potest tex. & ibi cō munis in. §. quos. insti. de bonorum possessionibus. & in. §. penultimo. de hæredum qualitate & differētia. Riminaldus in Rubrica. C. qui admitti in principio. Robardus contra Tribonianum lib. 1. in principio. optime Baudus, in fine & vltra eos quia lex Pōtificia quæ iustas imitatur ciuiles, & ab eis recedens semper differentiam explicat hac in specie missum nunquam dominum fecit sed verum duntaxat possessorē ita significauit Alexā. III. in. c. 1. suprà de eo qui mittitur, & Innoc. III. in cap. quoniam frequēter. §. in alijs. vt lite non contestata. c. cōtingit. de dolo & contum. ergo nec lege ciuili dominum esse obseruandum est, & inde respondet. d. §. Iulianus . 2. Vlcurrum interpretatur possessionē ex. 1. decreto. non sufficere etiam longo tempore durantem ad adquirendum dominium sufficere tamen ex. 2. decreto, quia sine possessione præscriptio nō procedit. l. 1. 2. 3. & 5. ff. de vsucapio. l. 1. cum alijs. C. de præscriptione longi temporis. c. causamq; de præscriptio. regula sine possessione in. 6. quod receptissimū est, sed non tollit difficultatem ideo nouiores aliter explicāt cum enim nostrorum traditione dominium sit & naturale, & legitimum naturale per modos iure naturali proditos quæritur. l. qua ratione. 9. §. hæc quoque res. l. traditio. 20. l. nunquam nuda. 31. ff. de adquirendo rerum dominio. l. traditionibus. C. de pactis. §. per traditionem. Institutis. de rerū diuisione. legitimum modis, lege ciuili inuentis aquiritur vsucapione emptione & alijs argumēto. l. legitima. 6. ff. de pactis. l. 1. cum sequentibus. ff. de contrahenda emptione. & ff. de vsucapio. Conanus lib. 2. c. 6. Antonius Augustinus emendationum lib. 3. ca. 7. Robardus lib. 2. variarum. c. 12. Eguinarius & Cuiatius in. d. l. 1. ff. de vsacapio. Iacobus Curtius coniecturarum lib. 3. cap. 5. Ioānes Baudus quæstionum lib. 1. c. 37. & inde leges quibus ex. 2. decreto dominus efficitur de illo naturali dominio interpretandæ sunt: leges vero quibus ex. 2. decreto longo tempore dominium quæritur ad legitimum pertinent ac proinde ad naturale expectant. l. sed si res. communi diuid. l. 1. de fundo dotali. & d. §. Iulianus. sed ad legitimū referūtur. l. 3. §. fin. ff. de adquirenda possessione. d. l. prætoris. cum alijs & inde interpretanda esse iura supra allegata & d. l. sequitur. §. lana. quod habens tantum naturale potest cum illo per vsucapionem coniungere legitimum sed si vtrumque haberet non posse vsucapere & l. 1. ff. de vsucapio. ibi adquisitio & adiectio vt adquisitio ad legitimum, adiectio ad naturale referatur hæc interpretatio subtilis & ingenio plena est sed grandes includit difficultates eidemq; quibus Accursij opinio confunditur argumentis præterea si fatentur naturale esse quod per modos iure naturali proditos adquiritur qua ratione possunt leges de missione ex. 1. decreto loquentes intelligere in dominio naturali siquidem missio iure naturali incognita fuit, rursus text. in. l. 1. ff. de fundo. dotali. in illis verbis hic vicinus dominus fit, ad naturale referri mens, & litera cōtradicūt quoniam cessare. l. Iuliam. in alienatione mariti nō voluntaria quando ex eo quod non cauet de damno infecto vicinus posidebat & inde dominus fit Iureconsultus respondet ergo ariolātur intelligētes cogitasse de dominio naturali quod manere penes vxorē rescriptū est in. l. in rebus. C. de iure dotium. ibi. (cum eædē res & ab initio vxoris fuerint & naturaliter in eius permanserit dominio) qua de causa ego . 2 . decreti ita summa constituo . 2 . decreto possessione, dominium per vsucapionem quæri, & ita si ex. 2. decreto missus longo tempore possederit legitimam conficit vsucapionē ex. 2. enim decreto veram possessionē & iustum titulum legis interpretatione creatum missus habet in contumaciæ pœnam argumēto dicti capitul. placuit. 16. quæstion. 1. capitul. 1. de præscriptio. ac proinde omnes leges ex. 2. decreto dominium concedētes interpretari necesse est mediante vsucapione quod aperte docuit prudentum interpretatio ad titulum. ff. de damno infecto ex dicta. l. prætoris. l. damni. l. cum postulassem. §. damni. l. is qui pignori. illo titulo & aperte in. l. 3. §. fin. ff. de adquirēda possessione. cum alijs recte consideratis ab ipso Ioanne. Baudo. d. libro. 1. quæstion. 37. quod Iulianus probare videtur in. d. l. sed si res. suprà. ff. communi diuid. ibi. (iussi sumus à prætore eas ædes posidere, & ex hoc dominium earum nāsciscamur) illa enim verba & ex hoc ita indicant, scilicet per longi tēporis vsucapionē, & ad idē certissimum fundamētum ex legē Pontificiam nunquā à ciuili nisi hoc exprimat recedentē, hac in specie sine alia expressione simpliciter & constanter docuisse missum ex. 2. decreto veram consequi possessionē reseruata proprietatis quæstion. d. cap. quoniam frequēter. §. in alijs. vt lite non contestata. cap. contingit. de dolo & contu. capitul. 1. 2. & 3 de eo qui mittitur in possessionē. reliquum tamē est duobus satisfacere argumētis quæ fortius vrgēt alterum est ex. l. communi. 7. §. sed etsi de vsufructu. versiculo, plane. ff. communi diuid. Alterum dicta. l. si finita. §. Iulianus. illi Baudus huic non satisfacit respondet itaque Iulianus in hæc verba (planè si causa damni infecti missus iussus sit posidere non erit huic vtili iudicio locus cum vēdicationē habere posit) cum ergo vendicatio domino competat vt proximè dicebamus & missio vendicationem competere Iulianus dicat consequitur esse dominum: huic responso superior interpretatio non conuenit quia plane ineptum videretur Iulianum intelligi vendicationem quando possessio ad legitimam vsucapionem peruenit, quare Baudus noue interpretatur illum text. ad cuius explicationem pro cōstanti reliquendum est quod licet iuxta vulgares iuris regulas rei vendicatio domino competat ex toto titulo. ff. de rei vendicatione. maxime ex dicta. l.

dicta.l.officium.9.l.in rem.23.24.&.36.cum alijs. §.omnium Insti.de actio. & inde impropriè videatur competere nisi directo domino, & pro re corporali præsertim cum directo domino conueniat titulus.ff.de rei vendicat.& domino vtili titul.ff.si ager vectigalis, vel emphit. quasi domino idest ementi bona fide ab eo qui dominus non est conuenit titu. ff.de publicici.in rem actione.§.sed iste quidem Insti.de actio.cap.Abbate sanè.de re iudi.lib.6.tamen adinuicem conuerti frequens est Accursij opinion. verb.possideas in dicto.§.omnium.vbi Iason à numero.57.Gomezius.32.Venincasa.476.Pinelus in l.1.2.parte.numero.18.C.de bonis maternis. Aluarus Valascus de iure emphi.quæstione.13.numer.12.&.3.6.&.7.cum alijs infinitis quos congessi in dicto.§.omnium.ad vltimum lata tamen significatione vendicatio etiam non domino plerunque ad rem in qua dominium habere nō possumus vt pro loco sacro l.in rem.23.§.loca sacra.ff.de rei vendic. & vsufructuarij l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager vectigalis pro iure patronatus.cap.examinata.de iudicijs.pro Episcopalis dignitatis facultate.cap.cum venerabilis.de exceptio.pro rebus maioriæ, Antonius Gomez in l.40.nume.76.& inde datur etiam ei qui in bonis rem habet quamuis eius dominium habere non possit ita Baudus quoniam pro statuis vel rebus ciuitatis quarum dominium non habent ciues datur ciuibus vendicatio,& ius.l.statuas.41. leg.rem in bonis 52.ff.de adquirendo rerum dominio.sicut & actiones populares.l.1.&.2.leg.penultima.ff.de popularibus actionibus ita & marito qui rerum dotalium dominium non habet.l.quamuis. l.dotis fructus §.si res.ff.de iure dotium. l.in rebus. C.eodem.in principio.Instit.quibus alienare.quia dotem in bonis habet datur vendicatio.l.12.ancillā C.de rei vendicatio.l.de his.C.de iure dotium.eadem itaque ratione Baudus interpretatur in dicto versicul.plane eum qui à prætore ex.2.decreto missus est, quia domino ædium eiecto possidet ædesque vitiosas sibi habet in bonis habere eas non autem dominium, sufficereque vt illi vendicatio competat, vt in alijs casibus probatum est, & ita secure obseruandum erit.2.decreto possessionem & possessione dominium quæri & semper fructus suos facere, vt probat gloss.1.hic & communis supra relata cum autem in nostro text.monachi ex.1.decreto tātum missi essent suos non faciebant, & ideo propter dilapidationem sequestrari æquum est ita soluitur.5.

67 Neque obstat sextum, in beneficijs missioni locum non esse quia controuersum fuerat, & missionem ex.1.decreto fieri posse videtur. Alex.III.probare in cap.1.de eo qui mittitur vbi fuit facta missio in ecclesia de Lamento & Clemēs.III.in cap.2. illo titul.vbi fit missio in ecclesia de capi.& aperte hic vbi respondet Honorius.III.fieri missionem in ecclesia de Berhusia, contrarium autē docuit Innocentius.IIII.in Cōcilio Lugdunensi vt in capitulo vnico.de eo qui mittitur in possessionem libr.6.vnde recepta est omnium sententia distinguendos esse duos casus: alter est quando petitur ecclesia quoad proprietatem, & tunc missioni locum esse aperte docent Alexan.& Clemens.III.in dicto capit.1. &.2.de eo qui mittitur.& Honorius.III.hic alter casus est, quando petitur titulus dignitatis, vel beneficij ecclesiastici tunc missioni locum non esse ratio postulat: hoc significauerat text.in capit tuæ.vt lite non contestata memor casus non admittentis missionem & aperte docuit text.in dict.c.vnico.ita gl. 1.in capitul.1.de eo qui mittitur & verb.sufficienter in dicto capitulo vnico.& communis vbique secūdum omnes relatos ad præcedens argumentum numero.66.discriminis ratio est ab eodem text.scripta in dicto capitulo vnico.ne detur vitiosus ingressus, cum enim lege Pontificia beneficij titulus institutione duntaxat canonica obtineri possit.cap.ex frequētibus.de institutio.cap.1.de regulis iuris.libr.6. vnde inter duos etiam de beneficio contendentes, si alter priuatur alteri non datur nisi de canonica institutione docuerit, celebris tex.capit.olim.25.in fine de rescriptis.& elegans in capit.cum super.de causa possessionis.& licet spoliatis tanta dentur priuilegia l.meminerint.C.vnde vi.l.1.ff.de vi & vi armata.ca fin.de ordine cognitionum.cap.in literis.cum sequentibus.de restitutione spoliatorum.non tamē beneficij restitutio datur nisi possessionem aliquo tituli colore iustificauerit, secundum receptissimā capit.in literis.interpretationem contra Abba Dominicum & Beroium ne detur vitiosus ingressus eisdem ita rationibus rei contumacia non est modus præbendi iustam causam vt actor beneficij possessionem ingrediatur: absq; canonica enim institutione beneficium ingredi fas non est, & ita absque disputatione obseruatur.

68 Qua etiam ratione sequestrationem à beneficiarijs causis arcendam esse consequitur, contrarium tamen lege Pontificia frequenter expressum est hic & in dict.capit.olim.de rescriptis.in capit.examinata.de iudicijs in Clementina vnica.isto titul.sed licet Abbas hic numero.17.Felinus in dicto capitulo olim.Cardi.Imola, Bonifacius in dicta Clementina vnica.simpliciter affirment diuerso tamen iure procedunt quia tex.in cap.olim.loquitur in seque-
69 stratione fructuum beneficij sed & tunc missioni locum esse statim disputabimus, & quid differant missio & sequestratio, rursus capi.examinata.de iudicijs loquitur de sequestratione ecclesiæ in qua ius patronatus controuersum erat vt diximus in capitulo.1.numer.23.& 28.hic agebatur de ecclesia quoad proprietatem & sequestrantur fructus in dicta Clementina vnica.propriè agitur de titulo beneficij & penes sequestrem deponitur. Quare vt omnia breuiter perstringamus principio obseruandum est lege Pontificia vt diximus missionem ex.1.decreto in ecclesijs quoad proprietatem concedi quoad titulum negari vt suprà.2.obseruandum est lege Pontificia sequestrationem vbi casus permissus ex relatis ad primum frequentissime concedit siue ad ecclesiam in proprietate.capit examinata.de iudicijs siue ad proprietatis fructus vt hic siue ad titulum

beneficij

beneficij & eius fructus vt in dicto capit. olim. & in dicta Clementina vnica. & ita receptum est contra Ioannem Andream à communi recedentem & Dominicus in capit. vnico. nu. 7. & docuit Ioannes Monachus in dicta regula locupletari à numer. 3. de regulis iuris in. 6. Archidiaconus in cap. quia res. numero 3. & 4. 11. quæstio. 2. idem in dict. capit. vnico. Albericus in. l. vnica. nume. 5. C. de prohibita sequestratione, Abbas hic num. 17. omnes in dict. Clemẽtina vnica. de qua latius in cap. fin. ad. 1. Felinus in. d. cap. examinata. à nu. 12. & in. dicto cap. olim. à numer. 4. Petrus Rebuffus de sententijs executorijs articulo. 1. glo. 3. Didacus Perez dicto titul. 10. libr. 3. columna. 1147. Quinti. Mandosius in regula de subrogãdis quæst. 5. num. 3. & in praxi commissionum de monitorijs quæst. 8. Guillelmus Cassadorus ad regulas Cancellariæ de sequestratione decisione. 3. 4. & 5. Marcus Antonius nata consi. 584. 3. parte. & ita absq; difficultate tenendum est: discriminis autẽ rationem Abbas hic nume. 17. assignat cessare rationẽ dict. cap. vnici. in sequestro quia non datur ex eo vitiosus ingressus cum detur sequestro possessio beneficij à iudice cuius authoritate legitimè administrat ex tex. celebri in dicta Clementia vnica. cæterum nimis supinè errat Abbas. 1. sibi parum cõstans qui Paulo ante num. 11. dixerat possessionem nõ transire in sequestrem quando à iudice deponitur. Secundo quia & missio ex. 1. decreto à iudice decernitur, & ita posset à iudice tolli viciose possessionis ingressum. Tertio quia Abbas immemor fuit beneficij vitiosum ingressum nullo modo per iudicẽ suppleri sine canonica institutione. Quarto quia deberet magis aduertere ex missione per. 1. decretum lege pontificia non esse possessorem sed duntaxat custodem vt sepe repetitum est, & nihilominꝰ missio etiam quoad custodiam improbatur in dicto capit. vnico & admittitur sequestratio quamuis sui natura possessionem transferat vt resoluimus in capit. 1. num. 15. cum alijs, & num. 41. & 45. quod attenta dictæ Clementinæ vincæ dispositione negari non potest, & inde sequestrem præsentare dicemus post disputationem in cap. fin. infrà. ad. 1. cum ergo sequester possideat quod & Abbas fatetur & missus custos sit & vtraq; scilicet missio & sequestratio à iudice decernatur quare missionem negat sequestrationem lex Pontificia concedit quod certe scribentes non sunt assequuti, quamobrem ego ita interpretor missionem negari propter vitiosum ingressum & magnum inde sequendum facile periculum sequestrationem concedi, quoniam quo casu æquitas sequestrationem fieri permittit nullũ periculum imminet & sequestrationem nullum partibus sui natura præiudicium irrogare aliud agentes veteres affirmant recepti à Ioanne Monacho, & Archidiacono, vbi supra à Cardinali in dict. Clementina vnica. nu. 32. à Didaco Perez vbi suprà columna. 1140. versic. dubitatur præterea & 4. sed apertius consideratis vtrius principijs id probauere si ea quæ satis resoluta sunt obiter repetam. Diximus in capi. 1. ad veram illius questionis resolutionem an sequester possideat, sequestratione sui natura possessionem trãsire in sequestrem nullum tamẽ partibus præiudicium irrogari quia & sequester in vtilitatem victoris possidet etiam cum vsucapiendi conditione iuxta verã interpretationẽ legis licet. ff. depositi. & l. interesse puto. 39. ff. de adquirẽda posse. vt in dict. c. 1. nu. 16. & 17. & simpliciter affirmauit Didacus Perez vbi proxime & repetẽdum est in capi. fin. ad primum. cum itaq; sequester possideat in vtilitatem eius qui triumphum in causa habuerit nullum partibus præiudicium infert, & ea ratione verius est defendi opinionem eorum qui existimant posse præsentare vt in dicto capitul. fin. ad primum. lex Pontificia facile in ecclesijs quoad proprietatem & titulum, & quoad fructus sequestrationem concedit. At missio ex 1. decreto licet iuxta leges Pontificias custodiam tãtum tribuat maximum, sui natura includit præiudicium quia suo nomine possessor est vel custos & iure suo administrat & colit vel seruat, etsi actor in cõtumacia post annum perseuerauerit efficitur verus cum fructuum adquisitione possessor quod nullo iure sine canonica institutione fieri potest vt iam probatum est quod in sequestro cessat duret quamuis plures annos. Qua ratione secure affirmo sequestrationem permitti missionem in beneficiarijs cau-
71 sis negari. Et ita obseruandum est. Eademque ratione & eius differentia quamuis in beneficij fructibus sequestrationem fieri adeo receptum sit ex dicto capitulo olim. 25. de rescriptis. secũdum proxime allegatos, at missionem admitti plures negãt, licet enim missionem in quibuscunque bonis obtinere iuxta formam à iure præscriptam principio in re mobili cuius defectu in immobili in iuribus in actionibus & nominibus debitorũ. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. verb. reum in authentico de exhibendis reis. §. si vero. collatione. 5. & fin. in ca. pro vt. de dolo & contum. & communis vbique Gregorius Lopez verb. en tãtos. in. l. 2. titul. 8. partita. 3. & in seruis in vassallis & in bonis vinculi & maioriæ quo ad vitam possessoris. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. Baldus & Salicetus in authentica ei qui. C. de bonis authori. iudicis. Gregorius Lopez vbi suprà. Didacus Perez colũna. 1128. quæstione. 26. Antonius de Fano. 2. membro. 3. partis. nu. 8. & 24. Menochius consil. 104. nu. 71. volu-
72 mine. 1. Ex quibꝰ satis probatur quod etiã in beneficij fructibus fieri missio posit, cum & profani reputentur. capit. final. ne prælati vices suas. Extrauagãti ambitiosæ de rebus eccles. & œconomo præbeantur cap, cum vos. de offic. ordinar. & pro executione capiantur ex causa iudicati arg. l. stipiendia. C. de execut. rei iud. tex. & ibi glo. & communis in. c. peruenit. de fideiussoribus. Contrarium tamen probatur ex eo quod ex. d. c. vni. prohibetur missio in beneficio ergo & in fructibus, cũ sint ad beneficiũ accessorij. cap. fin. de rescriptis. lib. 6. ita eius naturam sequi debent ex regula accessorium, sic Archidiaconus & Dominicus num. 7. Frãco. 1. notabili in. d. c. vnico. respondentque non obstare quod sint profani quia potius reputantur ecclesiastici vt ex d. extrauagantiam

ti ambitiose & Tridentini Sesione. 25. capit. 11. & conductor colligit ipsius rectoris nomine & ea etiã ratione in vtilitatem Ecclesiæ & executio ex causa iudicati fit in aliorum defectu & semper retinẽt beneficij naturam & referuntur magis ad corpus cuius causa percipiuntur quam ad semen ex quo nascuntur, argumento. l. qui scit. 25. §. in fundo. ff. de vsuris. & ita receptum est, & in iudicijs obseruandũ, licet illa argumenta, parum vrgeant cum ratio cap. vnici non obtineat in fructibus, magis tamẽ suadet ratio differentiæ inter missionem & sequestrationẽ quia si missio fieret succederet inconueniens supra relatum & sequestratione punitur contumacia & consulitur actori, & inde missio in beneficijs nega-

73 tur & sequestratio conceditur. Ex qua nullum irrogatur partibus præiudicium, ac proinde hic sequestratio in fructibus Ecclesiæ facta fuit, quia per eam dilapidationis timori satiscõsultum est & nulla inde iniuria partibus irrogatur & soluitur sextum.

74 Neque obstat septimum ex cap. 2. de dolo & contu. monachis magis sequestrationem quam missionem couenire, quia de hoc late disputatum fuit in capit. 1. ad 4. num. 46. & 51. scilicet, sequestrationem vel missionem decernere ad iudicis arbitrium pertinere & ita monachis sæpè missio conceditur, vt hic. & in ca. 1. supra. quod si sequestrationem decernere hic à principio voluisset posset vtique in. di. c. 2. quibus & tex. absoluitur.

FINIS.

EL Licenciado Diego Muñiz d Godoy, Prouisor y Vicario general en todo el Obispado de Salamãca, &c. por el Illustrissimo señor Dõ Geronymo Mãrique Obispo de Salamanca, del cõsejo de su Magestad, damos licencia a Pedro Lasso librero, o a otro qualquier impressor, para que pueda imprimir el titulo de Sequestratione possessionis, segun y como se contiene en el traslado a tras contenido: sin incurrir en pena alguna. Fecho en Salamãca a. xiiij. de Enero, de. M.D.Lxxxv. Años.

El Licenciado Muñiz
de Godoy.

Por mandado del señor Prouisor:

Francisco de Barrientos.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm